ANDREAE

# TIRAQVELLI

REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS,

## Tractatus de Præſcriptionibus,

Nunc primum in lucem editus, cum Indice rerum ac uerborum copioſiſsimo.




VENETIIS,

Apud Franciſcum Laurentinum, de Turino.

M D L X I

BIBLIOTECA DE FEDERICO DE CASTRO

Materia

Número

R. D 88.394

FC 137

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# Tiraquelli

## de Præſcription:

*de privilegiis — [illegible] [illegible] ... — [illegible] [illegible] [illegible] — Res [illegible] — de judicio in [illegible] [illegible]*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ANDREAE

# TIRAQVELLI

REGII IN CVRIA PARISIENSI

SENATORIS,

## Tractatus de Præſcriptionibus,

Nunc primum in lucem editus, cum Indice rerum ac uerborum copioſiſsimo.




VENETIIS,

Apud Franciſcum Laurentinum, de Turino.

M D L XI

BIBLIOTECA DE FEDERICO DE CASTRO
Materia
Número
R. D 88.394
UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# ANDREAS TIRAQVEL.

## ANDREAE TIRAQVELLI

### AVTHORIS FILIVS,

*Domino à ſancto Andrea, in ſupremo Pariſiorum Senatu Præſidi illuſtriſsimo, S.*

NON eſt quod in eo laborem, Præſes digniſsime, quod bona pars ſcriptorum ſolet: hi enim ſine egregia cõmendatione eorum quos ſibi præſidio eſſe, aduerſus obtrectatorum calumnias deſiderant, nihil in publicum ædunt. Quod etſi pro amoris ac obſeruantiæ magnitudine, uel rerum omnium bonarum expectatione, aut ueritate ſæpius ad id impellente fiat, Laudabilius tamen eſſe nemo ingenuus ignorat, ſic per totum uitæ ſuæ decurſum pietate ac iuſtitia floruiſſe, ut citra ullius commendationum ſuum decus ac ſplendorem retineat uirtus. Cum igitur tua omnis ætas innocentiæ & æquitati tuendæ, ac nequitiæ profligandæ omnium bonorum applauſu inſumpta fuerit, non uideo quod uirtutis theatrum pulchrius tibi extrui poſſit, quàm illud quod in omnium animis inq;



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

te ipſo ampliſsimum reliquiſti. Cuius & inſpectorem, & admiratorem patrem meum fuiſſe iura adfirmare poſſum: cum tanta in ſuos, ac in patriam pietate affectus fuerit, tantoq́ in uirtute præſtantes uiros amoris deſiderio commotos, ut ante non coquieuerit, quàm tam propẽſi in eos animi aliquam ſignificationem oſtendiſſet. Itaque pietatis innatæ fidem faciens multos in ſuæ patriæ leges ac ſtatuta commentarios ædidit, uelut in leges connubiales, in utrunque ius retractus municipale & conuentionale, & præter hos multa alia. Vnus ſupereſt de præſcriptionibus commentarius, qui lucem deſiderat, quam ſatis copioſam tuo beneficio habebit, ſi ad illud uirtutis ueræq; laudis theatrũ tuum, id eſt, ad omnes bonos uirtutisq; ſtudioſos aditum benigne præbueris. Vale.

A D

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

# AD LECTOREM

## ADMONITIO.

VARIA expediendarum litium remedia tam anxie ueteres quæſierunt, ut poſteri tan quam naturæ conuenientia atque amica ea receperint auidiſsimè. Adeò bonis omnibus quies ac tranquill tas ſemper chara fuit, ut meritò legibus noſtris hoc fuerit celebratum, bonos innocentesq́ uiros lites maximè execrari ſolere Nec mirum, cùm uel Cicerone teſte lib. de Finibus 2. tranquilla & quieta uita, deorũ uitæ ſit ſimillima, ob idq́; cunctis mortalibus expetenda. Quæ igitur leges uitæ quietem ac tranquillitatem maxime tuentur, diuinæ meritò cenſendæ ſunt. Sunt autem eiuſmodi de præſcriptionibus latæ quæ præterquam quòd bono publico, & ne rerum dominia incerta ſint, nemoq́; rei ſuæ negligenter curam gerat, editæ fuerint: hoc ſingulare bonum attulerunt, ut quietis & tranquillitatis læſæ remedium eſſent: ob id uix una reperiatur ex omnibus ciuitatibus quæ iure ac lege communi regũtur, quæ non admodum ſolicitè propriis ac priuatis legibus, ac ſtatutis ius commune approbarit & confirmarit, uel etiam eiuſmodi remedium aliquid ediderit. Cùm igitur Pictones

 noſtros

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

noſtros hoc commune bonum ſatis diligen-
ter amplexos eſſe perſpexiſſem, quid ea de re potiſsimum ſtatuiſſent, quàm luculentiſſime poſſem commentariis in præcipua legum noſtrarũ capita editis oſtendere uolui.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# INDEX EORVM,

## QVAE IN TRACTATV HOC PRAESCRIPTIONVM CONTINENTVR.

A IVRAMENTO eius, cui commiſſum eſt ſub conſcientia, non appellatur. pagina 96
A iure ciuili temerè non recedendum, ſi non inueniatur cor rectum. 5
Abſens uel præſens an præſumatur, contra quẽ præſcriptum eſt. 86
Accuſatoris dicto non ſtandum, niſi iuret. 5
Acta perdita præſumuntur ſolenniter facta. 60
Actio perſonalis contra debitorem non adimitur creditor per præſcriptionem. 88
Actio de euictione non competit, niſi re euicta. 91
Ad probandam poſſeſsionem, fructuum perceptio non requiritur. 82
Ad probandum annuum reditum, probanda eſt ſolutio quolibet anno facta. 85
Adultus aduerſus præſcriptionem reſtituitur. 104
Adiſſe præſumitur, qui potuit, alias non. 70
Aegyptij cur quintas, Iſraelitæ uerò decimas obtulerint. 23
Allegatio bonæ fidei non requiritur in principio cauſæ. 13
Amiſsio poſſeſsionis eſt quid accidens. 84
Amorem ſedat fames. 76
Amoris furore nihil uehementius. 75



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Animi hominum incerti. 12
Anno luget fœmina uirum. 20
Antichthon quid ſit. 19
Antiqui cur dexteras iungebant. 19
Apocha priuata, nullo adminiculo ſuffulta, nihil probat. 48
Apud omnes ſit numeratio ad denarium uſque numerũ. 16
Arbitrandi ius an tranſmiſſibile. 118
Auditu probari quid poſſe. 116
Autoritas epiſcopi uarijs cauſis præſumitur. 45

B

BENEFICIA non poſſunt præſcribi. 30
Binarius cur numerus dicatur. 18
Binarius numerus propriè non compoſitus. 18
Bona fide præſcribens, utrum tutus ſit in foro conſcientiæ per ſuperuenientem malam fidem. 13
Bona fides requiritur in longi temporis præſcriptione, tam de iure ciuili, quam canonico. 2
Bona fides autoris continuanda in ſucceſſorem, & ſi nolit. 4
Bona fides an in dubio præſumatur: & ſi nullus titulus appareat. 6
Bona fides non præſumitur in ſtatuto requirente eam. 9
Bona fides nunquam eſt notoria. 12
Bona fides præſumitur ex iuris notorio. 11
Bona fides eſt facti, non iuris 13
Bona fides quomodo alleganda ſit. 13
Bona fides allegata probationis difficultate præſumitur. 13

C

CASVS perpetuus præſcribitur quadraginta annis.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*nis.* 112
*Cenſus quid.* 112
*Chriſtus ipſa ueritas.* 51
*Citatio non præſumitur ex lapſu temporis.* 63
*Cohabitatio per decennium probat matrimonium, ſi diutina fuerit.* 28
*Conditio erroris* 51
*Conſenſus præſumitur ex patientia decem annorum.* 27
*Conſtitutio generalis odioſa generaliter intelligenda eſt.* 109
*Conſuetudo conformis eſt iuri communi.* 1
*Conſuetudo inducta per diuturnam ſolutionem, etiam nullo allegato probato ue titulo.* 71
*Conſuetudo ius ampliat.* 90
*Conſuetudo inducens minorem præſcriptionem quadraginta annis contra eccleſiam non ualet.* 106
*Conſuetudo reducenda ad ius commune.* 110
*Continua poſſeſsio quomodo probanda ſit.* 81
*Contra creditorem habentem hypothecariam quando non currit præſcriptio.* 91
*Contra iuramentum partis admittitur probatio in contrarium.* 102
*Contractus ex temporis diuturnitate uires accipit.* 34
*Creditor non agit contra tertium, niſi principali debitore excuſſo, pagina* 83
*Creditores non opponentes ſe quando res ſubhaſtatur, præſtationes annuas amittunt.* 111
*Cubicis numeris uniuerſum conſtare, ſecundum Pythagoricos.* 16

Decas

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

D

DECAS omnium rerum generaliſsima. 18
Decem entia, decem pragmata, decem phonæ, decem noemata. 17
Decennij effectus. 35
Decennium eſt tempus domicilij conſtituti. 34
Decennium propriè longum tempus appellatur. 80
Deceptio ordinis quando opponenda. 92
Decimæ unde ortæ. 21
Decimæ Ethnicorum. ibid.
Decimæ omnium hircorum Ioui redditæ. ibid.
Decimæ centum talentorum Deo apud Delphos dedicatæ. ibid.
Decimæ Herculi dedicatæ. ibid.
Decimæ cur ſacerdotibus, primogenita uerò Chriſto offerantur. 23
Declarandi ius an tranſeat ad hæredem. 118
Decretum in alienatione rei eccleſiaſticæ lapſu longi temporis præſumitur interueniſſe. 62
Decuſſis pro decade poſitus. 17
Definitio periculoſa eſt in iure. 30
Denarius numerus cur ſit tẽpus ſtatutum præſcriptioni. 16
Denarius numerus cæteris omnibus perfectior. 16
Denarius numerus cur apud Græcos decada uocetur. 19
Denarius numerus cur apud antiquos magno in honore fuerit. 20
Denarius numerus animæ genitor. 20
Denarius numerus in ſcripturis myſticus. 22
Dicto nuntij non ſtandum, niſi iurantis. 95

Dies

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Dies poſteri, teſtes ſapientiſsimi. 51
Dies adimit ægritudinem hominibus. 74
Differentia unitatis à puncto. 17
Diſpenſatio facilior propter tempus. 34
Diſpoſitio permittens occidere adulterum, ad quos non trahatur, 107
Diutnrna præſtatio inducit iuſtam & ſufficientem cauſam, modò fuerit allegata. 10
Diuturna præſtatione caſus probatur conceſsio in emphyteuſim. 40
Diuturnitate temporis confirmatur id quod nullum eſt. 33
Diuturnitatis ratione quædam fiunt, quæ alias non debent fieri. 34
Diuiſio præſumitur ex ſeparata bonorum communium longo tempore poſſeſsione. 35
Diuiſio uon præſumitur, niſi probetur. 37
Doctorum iuramentum. 99
Dolorem dies conſumit. 75
Domini dicuntur, qui in emphyteuſim conceſſernnt. 110
Dominium ex poſſeſsione præſumitur. 10
Donare nemo præſumitur. 32
Donatio non probatur ex ſola præſtatione decennali. 32
Dotis fauor. 110
Duæ præſumptiones circa idem non concurrunt. 86

E

ELIGENDI ius an tranſeat ad ſucceſſores. 118
Emphyteutica iura non præſcribuntur ſpatio decem, uel uiginti annorum, nec longiſsimo tempore. 110
Emphyteuta malæ fidei non præſcribit, nec ius hæres. 112
Emphy-
UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Emphyteutica res ab extraneo præſcribitur longo tempore, modo concurrat titulus cum bona fide. ibid.
Error communis operatur tantùm in temporalibus. 30
Error communis non facit ius in ſpiritualibus. ibid.
Euidentiæ uis. 69
Ex diuturnitate temporis præſumitur inter fratres facta diuiſio pagina 67
Executio ſententiæ ſolenniter factæ, præſumitur ex temporis diuturnitate. 61
Explicatio legis, cùm de in rem uerſo. 93
Ex præſcriptione longi temporis utile tantùm transfertur dominium. pagina 90
Ex ſolius temporis diuturnitate non præſumitur mandatum, quandoque ſecus. 59
Ex ſolutione primi & ultimi anni præſumitur ſolutio medij temporis. pagina 86
Ex temporis diuturnitate non præſumitur inſinuatio donationis, nec præſentia duorum conſanguineorum 65

F

FACTA non præſumuntur. 84
Fama ſola diuturni temporis probat dominium. 38
Fama dicens inducit præſumptionem iuris. 39
Fama antiqua habet uim notorij. ibid.
Feudale ius quid. 113
Filiorum ſtatus per longum tempus confirmatur. 34
Finis dolendi ex tempore. 75
Forma iuramenti. 100
Fundamento ſublato tollitur effectus. 91

Generale

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

G

GENERALE ſtatutum non intelligitur in caſibus ſpecialibus. 107

H

HAERES tenetur exonerare conſcientiã defuncti. 5
Hæres præſumitur ignorare iura eius, cui ſucceßit. 114
Hæres quando poßit iurare de facto defuncti. 115
Hypothecaria præſcribitur ſpatio decem, uel uiginti an. 78

I

IACTARE ſuum nemo præſumitur. 57
Ignorantia licet præſumatur, in dubio allegari debet. 9
Impenſa præſumitur facta parte mandante. 59
In qua poſſeßione ſufficiat principiũ & finem probare. 85
In dubio præſumitur quis eſſe præſens in eo loco, ubi habitat. 87
Inſtrumentum defectiuum plene probat, & quando. 59
Inſtrumentorum dotalium priuilegium. 107
Inter decem entia duo ſunt præcipua. 17
Interogationi quando ſtandum. 115
Inteſtatus dicitur, qui teſtari potuit. 8
Iudex ſupplere poteſt in notorijs, modò allegentur. 8
Iudicis officio id quod meri iuris eſt ſuppletur. 12
Iura emphyteutica priuilegiata. 111
Iuramenti forma. 100
Iuramento alterius ſtandum eſt de damno dato. 103
Iuramento cuius ſtetur ſuper feudo nouo, antiquo ue. 116
Iuramento ſingularis ſucceſſoris quando ſtetur. ibid.
Iuramento illius qui præſcripſit quando ſtandum ſit. 102
Iuramentum artificum & mechanicorum. 100
Iuramentum præſtandum eſt parte præſente. 103

Iuramen-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Iuramentum doctorum.* 99
*Iuramentum militum.* ibid.
*Iuramentum medicorum.* ibid.
*Iuramentum obſtreticum.* ibid.
*Iuramentum non præſumitur præſtitum à teſte, niſi diuturnitate temporis.* 48
*Iuramentum delatum in ſupplementum probationis.* 103
*Iuramentum orphanotrophorum, tutorum, & curatorum.* 110
*Iuramentum rectorum hoſpitalium, & rectorum cõmunitatum.* 100
*Iuramentum erogatorum annonæ publicæ.* 101
*Iuramentum eorum, qui teſtamenta exequuntur.* ibid.
*Iuramentum iuſpectorum finium agrorum, eorumque, qui agros deſignant, & nuntiorum publicorum.* ibid.
*Iuramentum cuſtodum carcerum, & eorum, qui mittuntur ad redimendos à Turcis captiuos.* ibid.
*Iuramentum quando non ſit neceſſarium.* ibid.
*Iuramentum legis, hominis non item traſmißibile.* 117
*Iuramentum damni intranſmißibile.* ibid.
*Iuramentum à lege delatum quando tranſeat ad hæredẽ.* ib.
*Iuramentum quale & quando tranſmißibile.* 117
*Iuramentũ quod & quando ad hæredẽ non porrigatur.* 114
*Iuramentum ex parte iurantis perſonale.* ibid.
*Iuramentum calculatorum, eorumq; qui comparationes litterarum faciunt.* 99
*Iuramentum aduocatorum.* 100
*Iuramentũ calumniæ non poteſt tolli per conſuetudinẽ.* 110
*Iuramentum officialis.* 97

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Iuramentum iudicis.* ibid.
*Iuramentum requiritur ſuper expenſis.* 94
*Iuramentum neceſſario præſtandum.* 102
*Iurandi facultas nõ trãſit ad hæredes, nec cedi poteſt.* 114
*Iurandi ius trãſit in hæredem uniuerſalẽ & ſingularẽ.* 116
*Iurandum eſſe, etſi ſimplici dicto credi dictum ſit.* 94
*Iurandum eſt coram iudice, aut alio in id à iudice deputato.* 103
*Iurant qui res alienas adminiſtrant ac tractant.* 98
*Iurare quis debeat.* 94
*Iurare de facto alieno tenetur nemo.* 113
*Iuret is, cuius conſcientiæ quid relinquitur.* 95
*Iuris notorium non eſt allegandum.* 11
*Ius declarandi an & quando tranſeat ad hæredem.* 118
*Ius arbitrandi an tranſmißibile.* ibid.
*Iuſſus patris præſumitur aditionem filij præceßiſſe.* 26
*Iuſta cauſa non credendi ei, qui allegat titulum.* 102

L

LAQVEVS *amoris extremum remedium.* 76
*Legitima cauſa præſumitur ex diuturna ſolutione.* 71
*Lex noua non extenditur ad ea, quæ longo tempore ſunt ſtabilita.* 33
*Lex Moſaica pertinens ad depoſitum.* 97
*Lex debet eſſe iuſta, rationabilis & honeſta.* 90
*Lex ſemper loquitur.* 116
*Libertatis poſſeßio præſumptione iuris nititur.* 43
*Literæ dimißoriæ neceßariæ de iure Canonico.* 43
*Longa & tenax populi memoria pro ueritate habetur.* 52
*Longa locorũ & temporũ interualla, amoris remedia.* 76

Lon

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Longinquitas temporis, uerſsima probatio.* 52
*Longiſsimū tēpus conſideratur in purganda mala fide.* 45

M

MALA *fides defunti non nocet hæredi non utenti ipſius acceſsione de iure Canonico.* 5
*Mala fides autoris nocet ſucceſsori in præſcriptione longi temporis.* 87
*Mandatum patris neceſſariū in aditione hæreditatis facta à filiofam.* 56
*Mandatum ex longo temporis ſpatio præſumitur.* ibid.
*Mandatum quando præſumatur.* 58
*Maritus poſt iuramentum poteſt uxorem repetere, niſi decennium ſit elapſum.* 35
*Media probanda ex extremis* 83
*Medicorum iuramentum.* 99
*Medij temporis probatio non requiritur, initio & fine probatis.* 85
*Memoria quid.* 76
*Memoria uis animi.* 78
*Mendacium nullum ſeneſcit.* 52
*Menſis ſeptimi dies decima ſancta.* 21
*Milites immatriculati, priuati habentur.* 99
*Militum iuramentum.* ibid.
*Monialis mutans monaſteria acquirit ſecundo, non primo monaſterio.* 1
*Multum præſumitur pro factis antiquis.* 49

N

NATVRALIS *obligatio non tollitur præſcriptione.* 14

Nemo

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Nemo poteſt ſeipſum hæredem ſcribere, nec miles quidem. 109
Nolle dicitur, qui uelle poteſt. 91
Non ualenti agere, aut impedito de iure non currit præſcriptio. 88
Notarius an præſumatur, qui ſe pro tali geßit. 53
Notarius cui interdictum eſt ſibi officium, non poteſt ſcribere ad pias cauſas. 109
Notorij allegatio fieri poteſt poſt concluſionem in cauſa. 9
Notorium quid ſit. 72
Nulla fit præſumptio pro ſententia nulla. 69
Noua conſtitutio etiam generalis non comprehendit caſum feudalem. pagina 113
Nullum temporis ſpatium inducit unionem. 47
Numeri quidam purgationi & corrigendis uitijs dicati. 20
Numerus denarius ab antiquis cur perfectus dicatur. 16

O

OBSTETRICES non iurant de ueritate. 100
Odioſa nonnunquam latè interpretanda. 109
Olim dominus, hodie quoque præſumitur dominus, modò cauſa dominij allegetur. 10
Onus probandi in aduerſarium transſertur propter longum tempus. 43
Ordinatus ab alieno epiſcopo probare debet dimißionem. 42
Originale inſtrumentum præſumitur authenticũ, & quando. 62

P

PARES curiæ cognoſcunt de controuerſia inter dominum

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

minum & uaſallum, & iurare tenentur. 98
Pater & filius iuris fictione una eademque perſona, inter quos conſenſus præſumitur interueniſſe. 66
Patre decennio poßidente hæreditatem filio delatam præſumitur filij conſenſus interueniſſe. 27
Patris conſenſus quando præſumatur interueniſſe. 26
Penſio emphyteutica quanto tempore præſcribatur. 111
Per cuſtodiam longi temporis præſumitur mandatum cuſtodiendi interueniſſe. 56
Periti in arte electi iurent, & quomodo. 95
Periurio occurrat iudex. 95
Perſona patris & filij una intelligitur. 114
Pij in maius meliusq; procedunt. 51
Plato denario numero utebatur ad delendam culpam. 19
Plato integram abſolutè Reipubl. formam decem libris concluſit. 17
Præſcribens contra ius commune, uidetur eſſe malæ fidei. 43
Præſcriptio an currat contra minores. 103
Præſcriptio iuris cõmunis, aut moribus inducta contra quos non currat. 89
Præſcriptio non currit impedito ante illius inchoationẽ. 91
Præſcriptio inducta in fauorem præſcribentis, & odium negligentis. pagina 93
Præſcriptio ſine bona fide allegata. 11
Præſcriptione quæſita in fideicommiſſum non ueniunt. 15
Præſcripſiſſe ſe dicens, bonam fidem allegare debet. 8
Præſentia eſt fundamentũ præſcriptionis decem annorum. 86

Præſentia

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

*Præſentia eſt facti, nec præſumitur.* ibid.
*Præſentiam alleganti incumbit probatio.* ibid.
*Præſumptio & notorium longè differunt.* 12
*Præſumptio quando allegari debeat.* ibid.
*Præſumptio autoritatis epiſcopi ex diuturnitate tĕporis.* 48
*Præſumptio ex facto actoris uel rei procedens, neceſſariò debet allegari.* 9
*Præſumptio debet eſſe ſuper allegatis.* 10
*Præſumptio malæ fidei ex longo tempore tollitur.* 43
*Præſumptio non cadit in ignorantem.* 70
*Præſumptio iuris eſt liquida probatio.* 11
*Præſumendum eſt pro tempore.* 52
*Præſumptio dominium debet allegari.* 10
*Principum priuilegia non poſſunt poßideri ſine titulo.* 55
*Priuilegia ſunt contra ius commune introducta.* ibid.
*Priuilegiati an comprehendantur ſub generali ſtatuto.* 109
*Priuilegium non tollitur per constitutionem generalem ſequentem.* 107
*Probatio tituli omnino neceſſaria eſt.* 30
*Probatio fit leuior ob temporis diuturnitatem.* 55
*Probatio tituli per iuramentum.* 28
*Probatio tituli in beneficijs eccleſiaſticis non fit ex temporis diuturnitate.* 30
*Poſſeßio ciuilis animo retinetur.* 85
*Poſſeßio ciuilis ſufficit ad præſcriptiones.* ibid.
*Poſſeßionis initium probare ſatis eſt.* 84
*Poßidere pacificè quis dicatur.* 15
*Pythagoricum ſymbolum.* 19
*Pythagorei mundum appellant decada.* 19

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Q

QVANTVM tēpus exigatur, ut præſumatur obliuio. 78
Quarta ſemper deducenda eſt, licèt à parte omittatur. 12
Quaternario omnis progreßio perficitur. 18
Quaternario omnium, quæ creata ſunt ideæ. 18
Querela Veneris de graui Iunonis ira in Troianos. 74
Qui negotia gerit alterius nomine, præſumitur mandatum habere, niſi probetur contrarium. 58
Quilibet præſumitur bonus in dubio. 7
Qui minus portione ſua hæreditaria poßidet, non uidetur ius ſuum remittere. 37
Qui ſemel poſſedit præſumitur & ſemper poſſediſſe, ſi alleget. 84
Quod tempore eſt poſſeſſum, præſumitur principis habere uoluntatem. 56

R

RATIHABITIO præſumitur per longum tempus. 27
Ratihabitio fieri debet intra tempus deſinitum. 28
Ratio colligendi denarium numerum. 18
Ratione tēporis plus actum quàm ſcriptū præſumitur. 64
Reges Aegyptiorum iudices ex lege ſua adiurant. 97
Remedium maximum iræ, mora. 74
Romani rerum omnium exploratores. 50
Romani cur aperto capite ſacra faciebant. 50
Romanorum legum origo. 97
Romanorum more magiſtratum gerens iurabat in leges. ib.
Res denominatur à fine. 82
Reſcriptum falſis allegationibus impetratum, non præſumitur doloſum. 8

Sacra-

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Q

QVANTVM tẽpus exigatur, ut præſumatur obliuio. 78
Quarta ſemper deducenda eſt, licèt à parte omittatur. 12
Quaternario omnis progreßio perficitur. 18
Quaternario omnium, quæ creata ſunt ideæ. 18
Querela Veneris de graui Iunonis ira in Troianos. 74
Qui negotia gerit alterius nomine, præſumitur mandatum habere, niſi probetur contrarium. 58
Quilibet præſumitur bonus in dubio. 7
Qui minus portione ſua hæreditaria poßidet, non uidetur ius ſuum remittere. 37
Qui ſemel poſſedit præſumitur & ſemper poſſediſſe, ſi alleget. 84
Quod tempore eſt poſſeſſum, præſumitur principis habere uoluntatem. 56

R

RATIHABITIO præſumitur per longum tempus. 27
Ratihabitio fieri debet intra tempus definitum. 28
Ratio colligendi denarium numerum. 18
Ratione tẽporis plus actum quàm ſcriptũ præſumitur. 64
Reges Aegyptiorum iudices ex lege ſua adiurant. 97
Remedium maximum iræ, mora. 74
Romani rerum omnium exploratores. 50
Romani cur aperto capite ſacra faciebant. 50
Romanarum legum origo. 97
Romanorum more magiſtratum gerens iurabat in leges. ib.
Res denominatur à fine. 82
Reſcriptum falſis allegationibus impetratum, non præſumitur doloſum. 8



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

## S

SACRAMENTVM *defuncti & hæredis unũ.* 114
*Sapientiſſimus conſiliorum dator tempus.* 51
*Saturnus unde Latinis dictus.* 50
*Saturnus, temporis longitudo.* ibid.
*Saturnus à Poetis traditus filios ſuos deuorare, ac eoſdem euomere.* 74
*Saturnus Græcis Chronos dictus.* 50
*Semel poſita qualitas præſumitur adeſſe.* 84
*Sententia rectè riteq́; lata præſumitur propter tẽporis diuturnitatem.* 60
*Sententia plus iuris habet, quàm facti.* 69
*Sententia nulla nihil iuris habet.* ibid.
*Sententia poſt multum temporis poteſt declarari nulla.* ibid.
*Seruij Sulpitij laus.* 74
*Signa, quibus Græci & Hebræi demonſtrant decem.* 19
*Silere non dicitur, qui loqui non poteſt.* 91
*Sodoma & Gomorra propter decem iuſtos fuiſſent ſaluatæ.* 21
*Solennitas adhibita præſumitur in uenditione rei eccleſiaſticæ ob longum tempus, ſed & in omni alienatione.* 62
*Solẽnitas extrinſeca nõ præſumitur, niſi ob longũ tẽpus.* 64
*Solẽnitas ex diutina poſſeſſione præſumitur præceſſiſſe.* ib.
*Solennitas extrinſeca ex longo tempore præſumitur, ubi nõ requiritur ſcriptura.* ibid.
*Solennitas tendens in præiudicium tertij, nõ præſumitur ex longo tempore.* ibid.
*Solennitas cui renuntiari poteſt, facilè præſumitur.* 68
*Solutio non præſumitur, niſi ſubſit cauſa.* 38



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Sphæra quibus conſtet.* 19
*Statuta reſtrictiuam recipiunt interpretationem.* 104
*Statuta laicorũ ſuper præſcriptionib. nõ ligãt eccleſiã.* 106
*Statuti generalis diſpoſitio non includit caſus priuilegiatos.* 107
*Statutum generale non intelligitur de perſonis nominatim à ſuperiore priuilegiatis.* 106
*Statutum reducendum eſt ad uis commune.* 89
*Statutum conueniens cum iure communi, recipit eius limitationes.* 89
*Statutum peccatum inducens, non ualet.* 3
*Statutum & conſuetudo ligant etiam minores.* 105
*Statutum uel conſuetudo contra ius commune non comprehendit minores.* ibid.
*Statutum quando recipiat interpretationem reſtictiuã.* 90
*Subrogatũ ſapit naturã eius, in cuius locũ ſubrogatur.* 104

T

TANTVM *operatur diſpoſitio generalis in genere, quantum ſpecialis in ſpecie.* 109
*Tempora præſcriptionum.* 15
*Tempore omnia fiunt.* 73
*Temporis tractu omnia langueſcunt.* 74
*Temporis uirtus multiplex.* 72
*Temporis diuturnitas quando inducat præſumptionem tacitæ donationis.* 31
*Temporis ratione quis non ſortitur forum.* 34
*Tempus cur Deus facilis dicatur.* 76
*Tempus omnino adimit memoriam.* ibid.
*Tempus rerum omnium ſapientiſſimum.* 51

*Tempus*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Tempus pro ueritate eſt. 49
Tempus omnia reuelat. 50
Tempus omnium rerum longius. ibid.
Tempus cuncta uidet & audit. ibid.
Tempus Saturni nomine ſignificatur. 74
Tempus minuit affectus. 74
Tempus ſimpliciter prolatum ſignificat decennium. 23
Tempus omnium obliuionem inducit. 78
Tempus cur dicatur rudiſſimum, & indocile. ibid.
Tempus inducit præſumptionem tituli. 28
Ternarius numerus primus incompoſitus. 18
Teſtamentum prius cum clauſula derogatoria, poſteriore, lapſu decennij tollitur. 80
Teſtibus deponentibus, quem bonum eſſe, magis creditur, quàm malum eſſe deponentibus. 8
Tituli præſumptio ex diuturntate tẽporis cõtra ius cõe. 55
Titulum ſe habere aſſerens iuret. 93
Tituium allegans tenetur illum edere. 102
Titulus an omnino neceſſarius ſit, etiam nulla facta mentione in hac conſuetudine. 1
Titulus beneficij an sẽper præſumatur ex lõgo tẽpore. 31
Titulus beneficij probatur per iuramentum. 93
Titulus non requiritur in præſcriptione triginta, aut quadraginta annorum. 6
Titulus præſumitur ex poſſeſſione decennali. 93
Titulus cenſetur allegatus ex decennali poſſeſſione. 24

V

VENEREI appetitus nonnullos ad inſaniam adi- (gunt. 75. & 76
Verba clara non egent interpretatione. 89

Verba

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID



# ANDREAE TIRAQVEL. REGIS CONSILIARII, DE PRAESCRIPTIONIBVS, TRACTATVS,

## De præſcriptionibus, §. I. cum quis acquirit. §. PRIMVS.

*CVM quis acquirit aliqua bona immobilia iuſto titulò, 1 habili ad transferendum dominium, & bona fide 2 poſſederit pacifice 3 per decem annos 4 continuos 5 inter præſentes, 6 aut per uiginti annos inter abſentes, poterit ea tueri contra quoſcunque qui ea uoluerint habere & petere, aut etiã contra eos qui ſuper ipſis bonis exigent redditus, aut alias ſeruitutes. 7 Ex conſuetudine enim credetur ei de ſuo ſupradicto titulo, ſi de eo fidem iureiurando 8 faciat: in conſuetudine tamen prædicta non comprahenduntur minores, 9 nec eccleſia, nec aliæ perſonæ priuilegiatæ, nec etiam iura emphyteotica, cenſualia, aut feudalia.*

### Iuſto titulo, Glo. I.

CONSVETVDO noſtra in hoc conformis eſt iuri cõmuni, quod in huiuſmodi præſcriptionibus longi temporis titulum exigit. Sed quæſtionis eſt, an, ſi noſtra conſuetu- *Cõſuetudo hæc conformis eſt iuri commum.*

A do

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

do nullam omnino mentionem feciſſet de titulo, ſed ſimpliciter cauiſſet, quòd poſſidens rem immobilem per decem annos, non poſſit poſtea prò ea conueniri neceſſarius adhuc fuiſſet titulus. Bald. in l. ii. C. de longi tẽporis præſcriptio. quę pro liber. hanc nũcupatim que ſtionem adſcribit, ac decidit per glo. ibi, quã adhuc dicit nota. ſufficere hoc caſu bona fide poſſediſſe decem annis ſine titulo, quod dicit tenendum menti. Ad quod facit, vt dicit Alexan. aut quiſquis is fuit, qui eam addit. ad Bald. fecit in eò ipſo loco, ꝙ ſtatutum ita debet intelligi, vt alliquid addat ad ius commune, ſecundùm Bar. in l. iiii. §. prætor ait. D. de damno infect. & in l. ii. D. de vſucap. cũ ſimilib. à me copioſius alibi adductis. Sed contra Bald. expreſſim tenuit Roma. in l. prætori, in princip. in additionib. nouis. D. de dãno infect. pro quo facit quod notat Bald. in c. vnico. §. ſi quis per triginta. titul. ſi de feud. fue. controuer. & Alexãd. in l. ſequitur. §. ſi viã. D. de vſucapionib.

*Quæſtionis deciſio.*

## Bona fide, Gloſſ. II.

*In longi temporis præſcriptione bona fides tã de iure ciuili quàm canonico requiritur.*

BONAM fidem in hac longi tẽporis præſcriptione, etiam de iure Ciuili, & aliàs quoqne ſemper de iure Diuino & Canonico deſiderari, nemo eſt qui neſciat, qñ textum expreſsũ habeamus in c. vlti. de præſcriptio. extrà. vbi & illud prætereà cauetur id obtinere in vtroq; foro, & ciuili & eccleſiaſtico, propter peccatũ, vt illic adnotat doctores, & in c. i. de noui operis nũtiatio. & BAR. & BAld. in l. priuilegia, C. de ſacroſã. ec. Ideoq; quãuis noſtra cõſuetudo de bona fide nõ meminiſſte, tũ demũ tñ procedere intelligitur, ſi bona fides interuenerit. vt in ſimili ſtatuto cõſuluit Fulgoſ. cõſ. lxiiii. Frãciſcus Sarra. Paul. Caſtrẽ. cõſ. ccxcvi. vẽditio iſta, lib. i. & Panor. cõſ. lxxvi. in preſẽti cõſultatione, paulò ante finẽ, lib. i. & iterũ conſi. lxxvii. hoc caput, in quæſt. q̃ ad præsẽs vertitur, col. v. verſic. nõ obſtat ſi dicitur ſtatutũ, lib. ii. Alex. conſ. clxxxv. viſo titulo, col. pen. verſi. nec prædictis debet obſtare, libro ii. & Socin. conſ. lxxxvi. in cauſa communitatis. col. penult.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

penult.ad finem,verſicul.nec obſtat fundamentum lib.i. quod repetitum eſt conſi.clvi.eodem lib.Philipp.Franc. in cap.poſſeſſor.colum.iiii.de regulis iuris, lib.vi. Quibus etiam locis illud prætereà dicunt Panormitanus, & Alexan.quòd ſi aliter diſponeret ſtatutum, non valeret, quoniam peccatum induceret,vt notat Bartolus in l. omnes populi.in ii.iii.& iiii.quæſtione. D.de iuſtitia & iure & in l.vltima,C. ſi contra ius vel vtilitàtem publicã. id quod etiã tenet Ioannes Andre.in cap.ii.de exceptio. libro vi.in Nouella,vbi ita dicit fuiſſe diſputãdo determinatum,& ibi etiam Petrus Ancharan.idem quoque tenet Baldus in l.quibus diebus.§.dominus. & ibi Imo. D.de condit.& demon.Angel.Imol.& Roma. in l.ſequitur.§. ſi viam.D.de vſucapio.Angelus in l. de quibus.D. de legibus,& latè Imola in repetitio.& Panormi.imò ferè omnes in dicto cap. vltimo, de præſcript.Anto. in cap.cura. de iure patronatus,& in ſua diſputatione,incipien.ſtante ſtatuto municipali, Petrus Anchar.in repetitio.c.i.in xi. quæſtio.de conſtitutio.extrà,& in cap.poſſeſſor. de reg. iur.libro vi. & conſilio cclviii. ſupra dictum ſtatutum, in princip.Imol.conſil.cxxii.viſis ac conſideratis,& iterum conſi.ſequen.in cauſa quæ vertitur.Raphael.in l.cùm notiſſimi.§.i.C.de præſcriptio.xxx.anno,Panor. in c.cura. col.vlti.de iure patro.Pau.Caſt.conſi.xcviii.in cauſa appellationis vertentis,ad fi.lib.ii.& iterum conſi.ccviii. uiſo puncto ſubſcripto, col.i.eodem lib.Alex.conſi. lxix.in in cauſa,& lite uertente,col.pen.verſic. item non obſtat, lib.iii.& latè conſ.lxiii.ſtantibus his,col.iii.lib.iiii.& conſi.xcix.uidetur prima facie dicendum,col.ii.uerſic.nunc uidendum,lib.iiii.& conſi.li.uideretur pro deciſione,col. i.& iterum col.iii.li.v. Ange.Are.inter conſi.ipſius Alex. conſi.138.incip.Lancelotus,col.iii.uerſi. nec etiam cõtra lib.ii.Corne.conſi.264.in hac conſultatione, col.iii.uerſi. & ideo,lib.i.& cõſi.269.ſimili initio,col.iii.uerſ.ſed quod limitetur eod.lib.i.& cõſi.328.uidetur in præſenti,col.3. uerſi.his tamen non obſtantibus,eod.lib.i.& conſ.265.uidetur prima facie,col.ul.lib.iii.& conſi.277.ad euidentiã.

*Statutum peccatum inducens non ualet.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

colum.i.& ii.libr. iiii. Et hæc ſententia veriſſima eſt,quã quã Baldus ſibi contrarius in cap. vlti.in prin. extrà de conſuetud. dicit,quòd ſtatutum inducens præſcriptionẽ ex mala fide,eſt licitũ,ad hoc ſcilicet, vt quis poſſit defendere quod mala fide præſcripſit,& patiatur repulſam qui agat cõtra eum. Sed nõ quo ad extremum actiuum, vt ſcilicet poſſit agere,qui eo modo præſcripſit.Quãquã etiam Bartol.in dicta l.ſequitur.§.ſi viã. D.de vſucapio. diſtinguat in realibus,& perſonalibus, vt in illis nunquã currat præſcriptio cũ mala fide,in iſtis currat.Quæ ſententia ab omnibus fermè exploditur, & in hoc etiam ſe ſummittit Bartol.iudicio eccleſiæ,quamuis aliqui eum ſecuti ſint, quos videre licet per Franciſcum Baillitum in tractatu Præſcript.in ſecũda parte tertiæ partis princip. & gloſſ.in l.ii.C.de vſucapio. pro hærede.& in l.ſi ego. §.partus. D.de Publicia.in rẽ actio. Et hoc procedit etiã ſi hæres nolit vti acceſſione defuncti,gloſſ.in l. Pomponius. §.i. in glo.i.in fin.& ibi Iaſon D. de acquirend,poſſeſ.& in l.vitia.C.eodem titul.& in l. vltima,C.cõmunia de vſucapionibus.

*Bona fides auctoris continuãda in ſucceſſorem,et ſi nolit.*

Nec ſufficit,eum, qui præſcripſit, habuiſſe bonam fidem,niſi etiam habuerit is,cuius hæres eſt,per l.cùm hæres. D.de diuerſ.& tempor.præſcriptio. & l.eũ qui.§. in hac actione.& ibi gloſſ.& iterũ in l.ſi ego §.partus.D.de Publici.in rem actio.l.vitia.C.de acquirẽda poſſeſſio. & l.ii.C.de fructibus & litis expenſ.& l.vltima.C. communia de vſucapionib.&voluit gloſſa,quæ & hoc intelligit, etiam ſi hæres nolit vti acceſſione ſui prædeceſſoris, ſed velit ſumere initium præſcriptionis, in dict.l.vitia. & in l.ii.vbi Barto.C.de vſucapio.pro hærede. & in l.Pomponius.§.i.D.de acquir. poſſeſſ. & in l. ſequitur.§.fructus. D.de vſucapionib.Quod plerique dicunt procedere etiã de æquitate Canonica.ita enim voluit Ioan. in additio. Speculat.ti.de præſcriptionib.§.vltimo, in magna addit. Barto.in l.Celſus. D. de vſucapionib. Baldus in authen. ad hæc.colũ vi.uerſicu.ſed quid dicemus de hærede præſcribentis,C.de vſuris.Angelus in l.eum qui.§.in hac,&

iterum

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

iterum in l.ſi ego.§.partus. D. de Publicia. in rem actio. Ant.in c.quia.de iudic.Imol.& Panormit.in c.ſi diligenti.de præſcriptio.Imol.in cap.vltimo.in iii.col.& iterum in xxix.eod.titul.Rapha.Paulus Caſtrenſ.& Rom.in dicta l. Pomponius.§.i.vbi Iaſon.& idem Paulus in l.iii.D. de vſucapionib.& in dicta l.ſequitur.§.hæres.eodem titulo. Nam ſemper de iure Canonico hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti,cap.vltimo, & ibi not. de ſepultu.cap.ſuper, & c. cùm cauſam de raptoribus,& cap. à nobis.le ii.clem.ii.de ſententia excommunica.lib.vi. & facit l.vlt.cum ibi notat.per Bal. & Angel.C. ne de ſtatu defunctorum. Et cùm ius Ciuile non reperiatur correctum de iure Canonico, ſtandum eſt illius diſpoſitioni, etiam de iure Canonico,per nota.in cap.i.de operis noui nunciatione.

*Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

*A iure ciuili temere non recedendum, ſi non inueniatur correctum.*

Sunt tamen & quidem non minore numero,nec authoritate, qui tenent malam fidem defuncti,non nocere hæredi non vtenti acceſſione ipſius de æquitate Canonica, videlicet Innocen.in cap.cura.de iure patrona.Dynus in cap.poſſeſſor.in fine,& ibi etiam Philippus Fran.qui hoc reputat ſingul.de reg.iur.lib.vi.Cynus, Baldus,& Angelus in dicta l.ſi ego.§.partus. D.de Publicia.in rem actio. Cynus,& Imol.ſibi contrarius in dicta l.ſequitur.§. hæres.D.de vſucapio.Cynus in l.i.C.de vſucapio.transfor. Ioan.Andr.in cap.cùm quis in ius alterius.de regu.iuris, lib.vi.Baldus & Angel.in l.ii.C.de vſucapione pro hærede.Cynus & Bar.in d.l.vitia.C.de acqui.poſſ.& in dicta l. cùm hæres.& ibi Cumanus. D.de diuerſ.tempor. præſcriptio. Paulus Caſtrenſ.conſi.clviii. viſa ſupraſcripta facti narratione,col.ii.uerſicu. ſecundò reſpondetur, libro ii. Alexander ſibi contrarius, conſil.ix.viſis acutiſſimis, colum.vltima,libr.i. & conſilio xxxix. viſis ſcripturis. colum.ii.verſicu.item poteſt reſponderi,libro ii.Bald.conſilio xli.illud adferam,colum.x.verſicu. etſi quiſpiam opponat,libro iiii.Socinus conſi.lx.in præſenti conſultatione,columna penultima,libro i.& conſilio xxiii. capiendo primum,colum.ii.uerſicu.quartò eadem opinio, libro ii.

*Mala fides defuncti non nocet hæredi non utenti ipſius acceſſione de iure Canonico.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*In præſcriptionibus triginta aut quadraginta annorum nō requiritur titulus*

Et hæc poſterior ſentētia haud dubiè obtinet in præſcriptionibus tringinta aut quadraginta annorū, in quibus non requiritur titulus ſecundùm Io. And. in c. cùm quis in ius alterius. de regul. iur libr. vi. & in c. poſſeſſor. eo. titu. Bart. in dicta l. cùm hæres. cum aliis multis concordā. adductis per Socinum illis duobus conſiliis ſuprà cōmemortatis. quæ illic videre poteris, ne huc omnia cōgerā ab aliis iam collecta. Quibus tamen adde Corn. conſilio clxvi. ad euidentiā, colum. penulti. lib. i. & cōſil. ccxcvi. in præſenti conſultatione, colum. vii. verſi. nec etiam obſtat. lib. iii. & conſil. cclxxvii. ad euidentiam. colum. iii. verſi. non obſtat quòd mala fides. libro iiii. hic etiam vide Iaſonem in l. Pomponius. §. i. colum. quarta. D. de acquirenda poſſeſſione.

*Bona fides an in dubio præſumatur: et ſi nullus titulus appareat.*

Bona autē fides in dubio præſumitur, niſi aliud ſubſit quod bonam fidem faciat præſumi, ex communi noſtrorum opinione. Ita enim voluit gloſſ. in l. ſuper. in verbo, probetur. C. de *præſcriptio.* longi tēpo. & in l. i. C. de euictio. & in l. ſi quis emptionis titulo, in verbo, tēuerunt. C. de præſcriptio, triginta annorū. vbi & hoc intelligit procedere, etiā ſi nullus titulus appareat, & in. §. i. in verſicu. qui bona. Inſtitut. de vſucapionib. & in cap. ſanctorū. in verbo, ſacræ. & ibi etiam Ponormi. de præſcriptio. & in c. ſi diligenti, in verbo, bona fides. & ibi Innocen & Pet. Vbaldus in repe. Panor. & Fel. eo. tit. & gl. in c. vlt. in gl. i. & ibi etiam Panormit. eodem titu. & gloſſ. in cap. cùm eccleſia. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. & gloſ. in ca. abbate. in prin. in verbo, domini, verſicu. ad hoc autem. de ſentem. & re iudicata. lib vi. & in c. licet. xvi. quæſtio. iii. Innocent. in c. Michael. de electio. & in cap. ii. de in integrum reſtitutio & in ca. vigilanti. de præſcriptio. Dynus in l. i. D. de itinere actuq; priua. Cynus in l. i. in iiii. quæſt. C. de ſeruitu. Ioan. And. in additio. Specul. titu. de teſta. §. nunc videndum, in magna additione, colu. iii. Archid. in c. i. in verbo, bona, fides, de præſcriptio. libr. vi. Barto. in l. Celſus. col. v. D. de vſucapionib. vbi de ea re elegantiſſimè diſputat, & in l. communia. §. inter prædones, C. commu.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cõmuni diuidund. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. libro xi. Baldus in repetitio. l. i. col. iiii. C. vnde vi. & in ſua diſputatione incipien. accuſatus de vi turbatiua. col. penulti. & conſil. cclvii. Titius emit. lib. i. & conſil. cclxxxviii. dicta mulier. poſt medium. libro iiii. Angelus in l. i. C. quibus non obſtat longi tẽporis præſcript. & in l. ſuper longi. C. de præſcrip. longi tẽpor. Anto. in cap. peruenit. de cenſibus. Petrus Ancharanus conſil. cxlii. clarior & breuior, columna penulti. verſiculo, nunc autem, Cumanus conſil. cix. domina Ioanna. ante finem. Panormita. conſil. xviii. in cauſa & quæſtione, colum. libro ii. & conſil. liiii. in quæſtione quæ ad præſens vertitur, col. v. verſicu. nec obſtat, ſi dicatur ſtatutũ, libro ii. Alexand. plenè conſil. cci. viſo, & diſcuſſo. col. ii. libro ii. & conſil. xci. in cauſa & lite vertente, col. ii. libro. v. Petrus Ferrariui. forma reſponſionis rei conuenti, in verbo, præſcriptionis, col. vii. Philippus Corne. conſil. cxxx. viſo libello, col. ii. libro i. & conſi. cccxxix. oſtenſo mihi proceſſu. colum. iiii. verſicu. cum itaque non appareat, eodem libr. i. & conſil. cxvii. primo aſpectu, col. ix. verſicu. pro quo facit, libr. ii. & conſil. ccxxxix. & conſil. ccvi. in hac cõſultatione, colum. ii. eodem libr. vbi de hoc dicit eſſe text. in cap. auditis. & in cap. cùm olim, de præſcriptio. idem Barbat. conſi. li. colum. iii. libro iiii. Franciſc. Curt. iunior cõſilio lxxii. princeps defunctus, colum. iii. in fin. & conſilio lxxxiii. Deus pius, col. ii. & copioſiſſimè Socinus conſil. xxxviii. in cauſa dominorum, col. ii. lib. iii. Iaſon in §. ſed iſtæ quidem actiones, colum. iii. & ſequẽ. Inſtitu. de actio. Philippus Decius conſil. ccclxxv, iuridicã eſſe arbitror, col. ii, & conſil, cccix. in cauſa mota Mediolani. ex Theologis ſcholaſticis, Gabriel Biel in iiii. ſententiarũ, diſtinc. xv. quæſtio. xiiii. artic, princip. Et his quidẽ accedo, licèt contrarium teneat Archidiaco. in c. i. de præſcriptio. lib. vi. & Bal. in l. i. C. de ſeruitut. Quæ autem ſint quæ malã fidè faciãt præſumi, latè cõperies apud noſtros interpretes recentiores, quos ſuprà citauimus.

*Quilibet præſumitur bonus in dubio.*

Sed quòd in dubio bona fides prçſumatur, nemo nega-



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

bit, qui intelliget etiam in dubio quemlibet bonum præſumi, l. meritò. D. pro ſocio. l. quoties. §. qui dolo. D. de probatio. l. cùm pater. §. re igitur, D. de legatis ij. cap. i. de ſcruti. d. c. vltimo, de præſumptio. vbi Baldus colum. penultima, rationem reddit, quia mores inſunt à natura, ab eaq; veniunt. Sed & idem in l. i. ad finem, C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. Naturali (inquit) præſumptione quilibet præſumitur bonus ex bonis naturalibus principiis: quia qualia ſunt principia, talia præſumuntur principiatã: ſed natura eſt bona, ideo & bonus quis præſumitur, niſi probetur offendiſſe. De quo etiam per gloſſam in cap. ſi fortè, in verbo, ſcientiæ, de elect. lib. vi. & per Luc. de Pen. in l. quemadmodum col. penult. verſ. quarto quæro, C. de agricolis & cenſit. libro xi. Panormita. & Felynus in cap. cùm in iure, de officio delagati. Hinc & gloſſ. nota. in c. ſuper literis. in verbo, priori modo, dicit, quòd ſi quis impetrauit reſcriptum, & falſum ſuggeſſerit, non id præſumitur dolo feciſſe. quam glo. pro ſingulari allegat, & ſequitur Barba. in l. ii. §. ex his. colum. xvii. D. de verborum obligationi. Et ex his quoque. quod nota. conſuluit Pet. Ancharanus conſi. ccliii. in quæſtione presbyteri, quòd ſi aliqui teſtes deponunt, accuſatum eſſe diffamatum, dicuntq; ſe credere illum eſſe malum: alii verò deponunt, eſſe bonæ famæ, & credunt illum eſſe bonum: magis his credendum eſt, quàm illis, quia conſentiunt cũ præſumptione iuris. Et vt dicit Innocen. in c. veniens. de præſumptio. cùm teſtes ſunt contrarii, vincunt illi, pro quibus facit tunc præſumptio.

*Reſcriptum falſis allegationibus impetratũ non præſumitur doloſum.*

*Teſtibus deponentibus, quem bonum eſſe, magis credi, quàm deponẽtibus malum.*

*Præſcripſiſſe ſe dicens, bonam fidem allegare debet.*

Sed quæſtionis eſt, an ſit neceſſe ei, qui ſe dicit præſcripſiſſe, hanc bonam fidem allegare, vt præſumatur, latè diximus ſuprà. Et eſſe allegandam, ſicut notorium, tenet gloſſ. in clem. appellanti, de appellatio. cum multis concordantiis ibi à me adductis. Quibus & illud addes, quòd licèt iudex ſupplere poſſit in notoriis, vt ibi etiam diximus, hoc tamen intelligitur modò notorium allegetur, vt expreſsè voluit Ant. in c. bonæ. de poſtulat. prælato. & in cap. exceptionem. de exceptio. & Imol. in l. 4. §. hoc autem.

*Iudex ſupplere poteſt in notoriis, modò allegentur.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tem. D. de damno infecto. Quæ quidem notorii allegatio poteſt fieri etiã poſt concluſionem in cauſa, vt dicit idem Anto. in c. peruenit. de emptio. & vendit. vbi & idẽ dicit de bona fide, & ibi poſt eum Imol. & Alexand. in l. i. col. ii. C. vt quæ deſunt aduocat. par. iud. ſuppleat. Matthe. de Afflict. in conſtitutio. Siciliæ incip. Iuſtitiariis, columna iiii. verſiculo, item quærit. *Notorij allegatio fieri poteſt poſt concluſionẽ in cauſa.*

Id tamen quod diximus bonã fidem præſumi, limitat Barbat. inter conſilia Calca. conſil. lviii. illud adferam in medium, niſi ſtatutum requirat ponam fidem. Nam adhuc vt huiuſmodi ſtatutũ aliquid operetur vltra eius Ciuile, quod etiam exigit bonam fidem, certè non preſumetur, ſed opus erit, vt probetur per quædam ſimilia. *Bona fides non præſumitur in ſtatuto requirẽte eam.*

Tu autẽ vltra ea quæ diximus, de præſumpta bona fide, & eius neceſſaria allegatione, hac generali ſententia ſupradicta confirmabis, ꝙ quando præſumptio ex facto actoris, vel rei procedit, ea neceſſariò debet allegari. Ita quòd licèt ſufficiat libellũ præſumptiue cõcludere, per textum in l. omnes. §. Lucius. D. quæ in fraudem creditorum. tamen ſuccumbet qui eam prȩſumptionis allegationem omiſerit, vt voluit Bartol. in l. cùm quid. colum. vlti. & ibi Bald. D. ſi certum petatur. per textum in l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. idem Pollioni, D. de adulter. Anto. in cap. ſi cautio. de fide inſtrumento. & in cap. ii. colũna vi. de libelli oblatio. Angelus in d. l. omnes. §. Lucius quæ in fraudẽ credito. Imol. in cap. ſuper hoc. columna ix de renuntiat. Panormita. in cap. afferte mihi gladium. colũ. ii. de præſumptio. Paulus Caſtr. & Franciſ. Aret in l. qui in aliena. §. i. in princip. D. de acquiren. hæredi. Roma. cõſil. lxxvii. incipien. reuerende pater, Franciſ. Aret. conſil. cix. clariſſime & conſultiſſime doctor, in princip. quarti dubii. Guido Papæ conſil. xlii. credo indubitanter colũ. ii. Corneus conſilio ccxcviii. col. vltima, libro i. Et hinc fit, quòd licèt præſumatur ignorantia, per l. verius. D. de probatio. debet tamẽ allegari, vt dicit Bal. in l. quicunq;. col. *Præſumptio ex facto actoris uel rei procedens, neceſſario debet allegari.* *Ignorantia licèt præſumatur in dubio allegari debet.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

col.i.C.de ſeruis fugitiuis. & Alexand. in l. qui bona.§. de illo.D. de damno infect. Philip. Decius conſi.cclxvii. non excidit è memoria.col.penulti. Similiter licèt cauſa ſufficiens, & apta præſumatur ex diuturna præſtatione, l. cùm de in rē verſo. D.de vſur. intellige tamen, ſi fuerit allegata.l.ii.§.circa. D. de exceptio. doli. ſecundū Bald. in l.ſi certis annis.col.iii.verſicu.cùm non conſtat. C. de pactis. Nam præſumptio (inquit) debet eſſe ſuper allegatis, per dictum §.idem Polli. Et licèt ex poſſeſſione quis præſumatur dominus, l. penul. & ibi Barto. C.de condit. inſti. & per gloſſ. & alios in l. cùm res, C.de probatio. & per Canoniſt. in c.cùm ad ſedem.de reſtitutio. ſpoliato. cum ſimilib. tamen huiuſmodi præſumptum dominium debet allegari, aliàs ſuccumberet, vt tenet Bart. in l. rem alienam. colum.ii. verſicu.quæro circa iſtam par. D.de pignoratitia actione. Et Baldus in l.etiam. colum.iii. verſic.& nō licet. C.de executio. rei iudica. & in l. non ignorat. colum.ii. verſic. in ſecundo. C.qui accuſa. non poſſ. & in l. ſi minorem. colu. vltima, verſicu. quæro vlterius. C. de in integrum reſtitutio. mino. Salicetus in l. certi. C. loca. Alexander in l.non hoc. & ibi Iaſon colum. vltima. C. vnde legiti. idem Alexand. conſil. lxix. in cauſa & lite vertente. colum.iii. lib ii. & conſil. xciiii. in cauſa & lite vertente coram arbitris. colum. penultima, eodem libr ii. & con. cxxxvii. in cauſa & lite vertente inter Lancelotum, colum.ii. eodem libro ii. & conſilio xxxv. in cauſa & lite vertente inter Benedictum, ante finem libr.v. Iaſon in dicta l.cùm quid, D. ſi certum petatur. in vtraque lectione, in quarum priore hoc ſingulare reputat. Et cùm olim dominus, hodie quoque dominus præſumatur, l. ſiue poſſidetis, C.de probationibus, hoc tam procedit, ſi allegetur, non aliàs, vt notabiliter voluit gloſſa in l. certum. in principio, D.de confeſſis. & Baldus poſt Cynum in l.edita, colum. xii. C.de edendo. & cōſilio ccccciii. Ioannes Simonenſis, colum penultima. libro iii. & cōſilio ccccxlvi. ſciendum eſt, in fin. eod. lib. iii. Alexand. in d.l.ſi minorē, in fi. C. de in integrū reſtitut. vbi ad hoc dicit ſingularē illam

*Diuturna præſtatio inducit iuſtam et ſufficientē cauſam, modò fuerit allegata.*

*Præſumptio debet eſſe ſuper allegatis.*

*Dominium ex poſſeſſione præſumitur.*

*Præſumptū dominiū debet allegari.*

*Olim dominus, hodie, quoque præſumitur dominus, mō cauſa dominij allegetur.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

illam gloſ.& Franciſc. Aret. in l. nec furioſus. colum. ii. D. de teſtament. Et idem in poſſeſſione, vt videlicet qui anteà poſſedit, præſumatur poſſidere, ſi tamen allegetur Dynus in c. ſine poſſeſſione, de regulis iuris, libro vi. Bartol. in l. Celſus. C. de vſucapio. Bald. in l. non ignorabit. C. ad exhibendum, & in d. l. ſiue poſſidetis, & ibi quoque Barto. C. de probatio. & in l. i. colum. vltima. C. vti poſſidetis. Ioan. Andr. & alii recentiores in dicto cap. cùm ad ſedem, de reſtitutio. ſpoliato. Alexan. conſi. cxxxiii. viſo proceſſu, colum. iii. in duobus locis, libr. i. & conſi. lxxx. examinato proceſſu, colum. i. & iterum colum. penulti. verſi. nõ obſtant allegata eodem lib. v. & conſi. lxxxviii. quoniam omne datum. colum. penul. verſi. non obſtant allegata, eodem lib. v. Franciſc. Aret. conſil. lxviii. excelſe domine, colum. vltima, quamuis Anto. & Imol. in c. præterea. ii. de tranſactio. videantur tenere contrarium. Quibus adſtipulatus eſt Panormita. videlicet, quòd non requiritur vt bona fides allegatur, in cap. vltimo, colum. viii. verſicu. ſed quæro, de præſcriptio. & Barbat. conſil. xli. illud adferam in medium, colum. x. lib. i. & conſil. 50. colum. ix. lib. i. & conſilio xviii. colum. penulti. libro ii. & conſil. lxx. colum. vi. eodem libro ii. vbique per textum in cap. auditis, & cap. cùm olim, de præſcriptio. vbi fuit allegata præſcriptio, nulla bonæ fidei mentione facta, additq; rationem, quam d. conſi. 50. dicit inconuincibilem: quia cùm notorium oritur ex iure, ſiue ex facto iuris, nõ eſt allegandum, quin ex ſuo officio ſuper illo iudicabit, per textum ſingul. in cap. Rainutius. de teſtament. vbi iudex iudicauit ex notorio iuris non allegato, & ibi hoc videntur velle Imo. & Panormita. & idem Panormitanus in dicto cap. adferte, de præſumptio. & Baldus in l. i. C. vt quæ deſunt aduoc. part. Felynus in cap. ad hæc, columna ii. de appellatio. Sed ex iuris notorietate bona fides præſumitur, vt dictum eſt, ergo non eſt neceſſe eam allegari: quia præſumptio iuris eſt liquida probatio, ſecũdũ gloſ. in l. tutor. C. de pericul. tuto. cum ſimil. Et hãc eandem rationẽ de notorio procedente ex iure ſine facto iu

*Præſcriptio ſine bona fide allegata.*

*Notorium iuris non eſt allegandum.*

*Bona fides præſumitur ex iuris notorio.*

*Præſumptio iuris eſt liquida probatio.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ris,tradit,nulla tamen bonæ fidei facta mentionē,Barba. conſi.lxij.illud in medium adferam,colum.ij.lib.j.& conſil.xxxv.colum.iiij.lib.ij.& conſil.xlv. in prin. eodē lib. ij.& conſi.lxx.præclarè ſcribitur,colum.vj.eodem lib.ij. & conſi.liij.colum.vltima,lib.iiij.& conſi.lxxiiij.ſcripſit Pſalmiſta,col. penulti.eodem lib.iiij.& conſil. omnium vltimo, col. iij. eodem libro quarto. Nec obſtat(inquit Barbat.)d.§.idē Pollioni.quia loquitur de notorio reſultante ex facto partis & hominis, quod debet allegari per illum textum,gloſſ.in dicto cap.appellanti,de appellatio. & quod voluit Panormitanus in dicto cap. adferte. hæc ferè Barbat.

Tu aduerte, Lector amantiſſime,quia Barbat. in duobus aut tribus erraſſe videtur. Primò,dū innuitur non obſtare bonam fidem eſſe non notoriam, cum tamen tantum ab ea abſit, vt nunquam poſſit eſſe notoria, cum ſit res occulta,opertaq;,& in ſolius præſcribentis animo repoſita, qui ſoli Deo apertus eſt. Ex quo Tullius ad Brutum ſcribens:Non ignoras,ait quàm ſint incerti animi hominum. Secundò, dum allegat Panormita. in dicto cap. adferte mihi,trahitque text. in dicto §.idem Pollioni.ad materiā notorij,quanuis loquatur de præſumptione tantùm,non de notorio,quod longè à præſumptione diſtat. Tertiò,dum authoritate eorum quos allegat, facit diſcrimen, an notorum procedat ex fato hominis, an iuris, vt primū allegari debeat, ſecundum non debeat neceſſariò, quāuis ea differentia nuſquam reperiatur,ſed tantum an præſumptio(nam de ea tantùm loquitur, vt diximus(reſultat ex facto partis,de cuius fauore agitur:& tūc allegari debeat,per dictum §.idem Pollioni.an vero ex facto alterius tertij,de cuius fauore non agitur,vt nō ſit neceſſe. Nec obſtat.d.c.Rainutius.quia nihil ex eo infertur ad rē de qua agimus,ſed illud tantùm,quod iudex ſuppleuit id quod erat meri iuris : ſed quartam iure naturæ filio debitam eſſe deducendam,licèt à parte id fuiſſet omiſſum, Et iſta eſt(inquit Innocent.)ſuppletio iuris,non facti.& ibi Panormita.in iii.col. in verſi. nota.in verbo,cùm autem allegat,

*Bona fides nunquam eſt notoria.*

*Incerti hominum animi.*

*Præſumptio et notorium longè differunt.*

*Quando præſumptio allegari debeat.*

*Iudicis officio id quod meri iuris eſt ſuppletur.*

*Quarta ſemper deducenda eſt,licèt à parte omittatur.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

allegat, quod legitur, & not.in d.l.i.vt quæ deſunt aduo. part. At ſatis conſtat,bonam fidem eſſe in aliquo,vel non iuris eſſe,ſed facti:igitur nõ eſſe ſupplẽdã,ſi nõ allegetur.

*Bona fides eſt facti,non iuris.*

CAETERVM intellige quod dictum eſt, bonam fidem debere allegari, vt ſufficiat tacitè eã allegationem colligi ex deductis: videlicet,ſi quis alleget ſe fundũ poſſediſſe tanquam ſuũ,aut pro ſuo,vt expreſſè voluit Alexand.conſi.cci.viſo & diſcuſſo, colum.i.lib.ii.per l.antiquos. in verbo, domini cognatione, C.de furtis, & alia quæ allegat,& ſequitur Phil.Decius conſil.cclxvii.Et ſimile voluit Romanus conſil.lxxvii. pater reuerẽde,poſt princi. quod ſatis eſt allegare difficultatem probationis, ad hoc vt præſumatur.

*Quomodo bona fides alleganda ſit.*

*Bona fides allegata probationis difficultate præſumitur.*

INTELLIGE ſecundò,vt non rquiratur hanc allegationem fieri in principio, ſiue in proceſſu cauſæ. Sed ſatis eſt,vt fiat poſtquàm concluſum eſt in cauſa,vt voluit Panormita.in c. dudum.le i. col.ij.de electio.& Alexander in l.i. col.i. verſic. ex prædictis. C.vt quæ deſunt aduoca.part. & Philippus Decius dicto conſilio cclxvij.

*Allegatio bonæ fidei non requiritur in principio cauſæ.*

Sed & illud in quæſtionẽ vertitur, an ſit tutus in foro conſcientiæ,qui bona fide præſcripſerit, ita quòd non teneatur reſtituere,ſi mala fides ſuperuenerit,cõpleta præſcriptione, Gloſſa in cap. ſi uirgo.xxxiiij.quæſt.ij.in tribus locis videtur velle rẽ hoc caſu eſſe reſtituendã Gloſ. autem in c.vigilanti,in verbo,nouerit,de præſcript.poſt Aluar.tenet,quòd ſi ex cauſa lucratiua rẽ habuit,ſemper tenetur eã reddere. argument.l.qui autem.§.ſi quid cum pupillo.D.de his quæ in fraudẽ credito. Si verò ex cauſa non lucratiua,quia emit ab eo,quem credebat dominum non tenetur.argum. c.quod debetur.xiiii.quæſt.i. Sunt qui aliter diſtinguant,vt inter præſcriptionem rei cuiuſpiam, vt fundi, & ſimilium: vt(inquam)hoc caſu mala fides ſuperueniens poſt completam præſcriptionem nõ noceat in foro cõſcientiæ: & inter præſcriptionem actio

*Vtrum bona fide præſcribẽs tutus ſit in foro conſcientiæ per ſuperueniẽtem malam fidem.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID F. DE DERECHO BIBLIOTECA
UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Naturalis obligatio non tollitur præſcriptione.*

nis, aut obligationis, quia tunc, cũ naturalis obligatio nõ tollatur prſæcriptione, durat vinculũ æquitatis, quo ſuſtentetur: nam conuentio perpetua eſt. l. Stichum. §. naturalis. D. de ſolutio. & l. obligationum ferè §. placet. D. de actionibus & obligatio. l. at qui natura. in princi. D. de negotiis geſt. ideò & in foro cõſciẽtię obſtringit. Et in hac ſentẽtia fuit Baldus in authent. ad hoc, colũ. iii. verſicul. reuertor igitur ad queſtionẽ, C. de vſuris. At maior pars & Legiſtarum & Canoniſtarum tenent ſimpliciter hunc eſſe tutũ in foro conſcientiæ, gloſſ. in cap. i. xiiii. queſtio. vi. & in c. i. de conceſſ. præbend. & in c. vlti. in glo. vlti. & ibi Imol. colum. xxxv. & Panormita. colum. vi. de pręſcriptio. Innocen. in c. cura. in fin. de iure patrona. & in cap. quia plerique, col. i. verſic. qui tutus eſt, & ibi etiam Panormita. col. xi. verſicu. vii. de immunit. eccleſ. Hoſtienſ. in Summa, titu. de præſcriptio. Cardina. Floren. Imol. Panormita & Fely. eodem titu. Ioan. Andr. in c. poſſeſſor. in vltimo articu & ibi etiam Petrus Anchara. col. v. verſicu. quæro circa debitum naturale, & Philippus Frãcus colum penulti. de regulis iuris. Bartol. non obſcurè in extrauagant. ap reprimendum, in verbo, videtur, in fin. Bal. in l. cùm quis. col. vii. verſicu. poſt hoc ſciatis. C. de iuris & facti ignoran. & in c. de cauſis, colum. iii. verſi. vtrùm poſſit renuntiari de officio delegat. & in c. i. ante finẽ, de controuer. inter dominum & vaſal. & in c. ſi quis per triginta. & ibi etiam Aluaro. colum. penult. & Cardina. Alexan. in ſi. titu. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter dominũ & agna. & conſ. ccxcv. fama viciniæ eſt. in fin. & conſilio cccxv. ponitur quòd ſi antiquitus. col. ii. libro iii. Rainerius in ſubſcriptione conſ. Federe. Senenſ. cxxxi. caſus talis eſt, quidam teſtator. Ioan. Fab. in §. i. col. ii. verſi. quid ſi ea cõpleta. Inſtitu. de vſucapio. Ange. in repetitio. l. i. C. de iudic. Panormita. conſi. lxxxix. Ieſu Chriſti &c. in quæſtione, colum. iii. libr i. Roma. conſil. xlix. concluſionem primam, colum. ii. uerſicu. quintam autem, Lance. Ridolph. in ſuo ubere tractatu de vſuris, Corn. conſil. 177. in hac re, col. ii. lib. ii. Franciſcus Are. conſi. xcii. viſo

legato

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

legatio.colũ.ii. verſic. nec potes intelligere, & Iaſon in l.ſi poteſt diuiſionem,col.ii.verſicu. hinc videmus,C.de iuris,& facti ignorantia. Philippus Decius in cap.i. col. vii.uerſic.ſecunda eſt.de conſtitutio.in prima lectura, & in c.iurauit,paulò ante fi. de probatio.& è Theologis diuus Thomas quotlibet xii.ac xxv.Scot.in iiii.ſenten.diſtinctio.v.Anton.Flor.in ſecũda par.principali ſuæ ſummæ,titul.primo,cap.vii.uerſi.qui autem ex beneuolentia. Diuus Bernardinus,in ſuis ſententiis alioquin ſeuerior,in libro de Euangelio æterno,ſermo.xxxii.c.i.& iterum c.iii.& iiii.ubi & alios adnotat idẽ tenẽtes,& Adria. Floria.nuper Roma.Pontifex in ſuis quæſtionib. Ideoq́ue ſi teſtator iuſſerit hæredem reſtituere omnia ab ipſo debita, non tenetur reſtituere quæſita præſcriptione cũ bona fide,ut dicit Bart. in l.legaui,D. de liber.legat.& in l.quibus diebus §.dominus,D.de conditio.& demõſtratio.& Baldus in l.id quod pauperibus, C. de epiſcop. & clericis,& in l.ſi creditori,D.de legat.i.& in ſua diſputatione incipien. ſtatuto cauetur, & Imol. in cap.ultimo, col.xxxvii.de præſcriptionibus. *Præſcriptione quæſita in fidei commiſſum non ueniunt.*

## Pacifice, Gloſſ. III.

Qvis pacificè poſſediſſe dicat̃,uide gloſ.prag.ſanc. in titu.de pacif.poſſeſſo. *Pacificè poſſidere quis dicatur.*

## Per decem annos, Gloſſ. IIII.

Maior pars præſcriptionum decem annorum numero circunſcribitur, aut ſi longius tempus depoſcit, aut illius abſentia, contra quem præſcribitur, uel cauſæ,aut partium qualitas eodem annorum numero, vel duplicato, aut aliter multiplicato ferè ſemper concluditur. Cuius rei quanquam nulla ratio reddi poſſe videatur, ut uoluerunt gloſſa, & doctor. in lege non omnium. D. de legibus, & in l. i. §. pueritiam. D. de poſtul. ſicut nec de aliis temporum curriculis a legib. ſtatu- *Præſcriptionũ tempora.*

tis,

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tis, vt dicit gloſſ. ibi, & Bal. & gloſſa in c. j. in verbo, vſque annum, tit. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oriatur. & in cap. ij. de reſcript. lib. vj. & in clement. nolentes. in uerbo, quadrageſima, de hæreti. & Baldus in concluſionibus Feud. in fine. Tamen (vt hic dicam quod ſentio) non mihi videtur huiuſmodi *denarius numerus*, vel ſimplex, vel multiplicatus. huic rei ubiq; à noſtris Iurecõſultis oíum rerum gnaris temerè aut fortuitò fuiſſe appoſitus, ſed ob eam cauſam, quòd hic numerus longè eſt cæteris omnib. perfectior, vt qui contineat omnia numerandi genera, vt par, impar, quadratum, quadrantale, longum, planum, primum, compoſitum, vt in problemat. encyclicis, libro xv. & iterum auſcultationis Phyſicæ, *lib.* 3. ſcriptum reliquit Ariſtotel. Cuius dicta tanquam fontem intellectus, leges ſequuntur, vt dicit Baldus in l. vltima, C. de fideicommiſſ. liberta. ſed & hic numerus (vt ſubdit ipſe *Ariſtotel.*) fons & principium omnium numerorum: quippe qui ex vno, duobus, tribus, & quatuor conſtet. Itẽ in decẽ proportionibus quatuor cubici numeri cõſumuntur: quibus numeris vniuerſum cõſtare Pythagoreis placet. Ex quibus cauſis fieri dicũt, quòd omnes homines tã Græci quàm Barbari aduſque decem tantùm numerare cõſueuerũt, deinde verò replicare incipiũt, vndecim, duodecim, &c. Hinc que & naturam decẽ digitos hominibus dediſſe, quò ſui calculi numeros veluti attingerẽt. Quod ipſum ex Pythagora adducit Ariſtoteles, & à Plutarcho quoque traditur in lib. de placit. Philoſophorum j. quo loco de principiis rerum diſſerit. Sed & Vitruuius libr. 3. Archi. c. j. Perfectum, inquit, antiqui inſtituerunt numerum, qui decem dicitur. Nanque ex manibus denarius digitorum numerus, ex digitis verò palmus, & à palmo pes eſt inuentus. Sicut autem in vtriſque palmis ex articulis à natura decẽ ſunt perfecti: ita etiam Platoni placuit eſſe cum numerum ea re perfectũ, quòd ex ſingularib. rebus, quæ *μόναδες* apud Grecos dicũtur, pficitur decuſſis: quæ ſimul ac vndecim aut duodecim ſunt factæ, quod ſuperauerint, nõ poſſunt eſſe perfectæ, donec ad alteram decuſſim peruenerint. Quo

*Numerus denarius, uel ſimplex, uel multiplicatus, cur ſit tempus ſtatutum præſcriptioni.*

*Numerus denarius cæteris omnibus perfectior.*

*Cubicis numeris uniuerſum conſtare ſecundùm Pythagoricos.*

*Apud omnes fit numeratio ad denarium uſque numerum.*

*Numerus denari' ab antiquis perfectus habebatur.*

*Cur denarius numerus perfectus dicatur.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Quo in loco Vitruuius (vt illud obiter dicam) decuſſim pro decade poſuit, vt annotauit Bud. doctrinæ Gallicæ vertex, in lib. i. de Aſſe. Plato autẽ ipſe huius numeri perfectionem (vt Marſilius docet) oſtendere voluit, dum integram abſolutæ Reipublicæ formã compoſuit denario librorum numero, omnium numerorũ integerrimo, numeros, tũ intra ſe numeratos continente, tum ex ſeſe innumeros replicante. Macrobius, & ipſe Platonicus, hũc numerum perfectiſſimum dicit lib. i. de ſomnio Scipionis. Ariſtoteles, vt ad eũ reuertamur, decem genera entis nominat decẽ categorias, quo nomine ſibi volumen inſcribere placuit oſtẽdẽti Philoſophicẽ: vt Euſtachius voluit decem πράγματα, id eſt, entia realia: Vt Alex. Aphrodiſeus decẽ φωνὰς, id eſt voces: vt Porphi. decẽ νοήματα, id eſt intellectus, ſiue conceptus, vel (vt Iamblicus) decẽ voces ſimplices, non vt voces, ſed vt ſignificãtes res ipſas ſimplices medio (vt ita loquar cũ Reuchlino) decem conceptuum ſimplicium. Cui aſſentiuntur Alexand. Aegeus Ammonius Hermiæ & Simplicius, qui etiã arbitrati ſunt in iſtis decem generaliſſimis entibus duo quædam præcipua reperiri poſſe, in quæ diuidantur, tametſi ab vna eſsẽtia ortis, veluti ſubſtantiã & accidens, ſiue corporeum, & incorporeum, ſeu materiale & immateriale, aut ſimplex & compoſitũ: ita enim duo amat denarius, vt ab vno progreſſus, ad duo & per duo redeat in unum: Primus enim incompoſitus ternarius eſt, ex vno & duobus nõ quidem compoſitus, ſed conſtãs: quia vnũ non habet compoſitionem, ſecundum non facit ergo compoſitionem, quando ſequi volumus verborũ proprietatẽ: ὄυτε γὰρ ἡ μονὰς, μένουσα ἔτι μονὰς, θέσιν προσλαμβάνει, ὄυθ' ἡ στιγμὴ, τὴν θέσιν ἀποβάλλει, vt inquit Simplicius in cõmẽtarijs ſuper prędicamentũ quantitatis. Quorũ verborum hic ſenſus eſt. Neq; enim vnitas, manens adhuc vnitas, poſitionem aſſumit, neq; punctus, manẽs punctus, poſitionem abiicit. Ex quo differentiã agnoſcere poſſumus, qua diſtat vnitas a puncto. Cumq; nihil ſit ante ortũ, rectè dicimus vnũ eſſe primum. Binarius autem nõ eſt compoſitus ex numeris,

*Decuſsis pro decade poſitus.*

*Plato integrã abſolutæ Reipub. formam decem libris concluſit.*

*Denarius numerus perfectiſsimus.*

*Decem entia.*

*Decẽ πράγματα.*

*Decem φωναι.*

*Decem νοήματα.*

*Inter decem entia duo sũt præcipua.*

*Ternarius incõpoſitus.*

*Vnum non habet cõpoſitionẽ.*

*Differentia unitatis a puncto.*

*Vnum rectè dicitur primum.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quoniam ex ſola vnita vna & vna ordinatur, & ideo nu-

*Binarius cur numerus dicatur.*

merus eſt,quia prima multitudo eſt,à nulloq; poteſt numero metiri,præterquã à ſola vnitate omnium numerorum menſura cõmuni. ſemel enim duo, nihil aliud quàm duo eſt. Quamobrem ea multitudo, quæ appellatur Ter

*Ternarius numerus primus incompoſitus.*

*Binarius numerus propriè non compoſitus.*

narius, veriſſimè ab Arithmeticis numerus primus incõpoſitus nuncupatur. Binarius enim hinc procedens non eſt incompoſitus numerus,ſed magis propriè non cõpoſitus. Cupiens itaq; Ternarius non eſſe otioſus,quin potius bonitatem ſuam in omnes creaturas abſque inuidia multiplicari,de virtute progrediẽdo ad operationẽ, illud fœcundũ quod eſt in eo multũ multitudinis prodoctiuũ, tanquã numeri de numero, & illud eſsẽtiale,quod eſt in eo vnum,omnis productionis fons & origo ſimul,& omnis proceſſionis initiũ,& omnis ſubſtãtiæ immutabilis ꝑmanẽtia perpetua mẽte intuetur ac reſpicit, & ita ſeſe in ſeipſum retorquet per modũ vnitatis & duitatis ſemet-

*Quaterno omnium quæ creata ſunt idea.*

*Quaternario omnis progreſsio perficitur.*

*Decas omnium rerum generaliſſima.*

ipſum multiplicãs atq; dicẽs,ſemel bis duo,ſũt quatuor, hoc eſt τετρακτύς, ſiue quaternitudo, quæ omnium quæ creata ſunt idea eſt,quoniã(vt aiunt Arithmetici)quaternario omnis progreſſio perficitur. vnde oritùr decas illa, quam appellamus decem omniũ rerũ generaliſſima. Nam vnum,duo tria,quatuor,de omnipotente potentia ad energiæ actum exeuntiũ,producunt decem, quorum dimidium eſt quinque. Pone igitur in medium quinque, tãquam aliquẽ ſigniferum in medio exercitus, & in eius

*Denarium numerum ratio colligendi.*

latere dextro numerum proximè ſuperiorẽ, qui eſt ſex, & in latere ſiniſtro numerum proximè inferiorem, qui eſt quatuor,hęc duo iuncta conſtituunt decem. Pone iterum in latere eius dextro numerum proximè ſuperiorẽ, qui eſt ſeptem,& in latere ſiniſtro numerũ proximè inferiorem,qui eſt tria, hæc duo iuncta ſimul, conſtituunt decem. Pone rurſus in latere dextro numerum proxime ſuperiorem, qui eſt octo, & in latere ſiniſtro numerum proximè inferiorem, qui eſt duo, hæc duo iuncta conſtituunt quoque decem. Pone demum in latere dextro reliqua nouem, & in latere ſiniſtro vnum, iamque re-

duc

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

duc illa nouem ad vnum,& reſurgunt decem. Quæ rurſus ad viginti relata, incipiunt denuò eſſe vnitas, & deinceps ad omnes numeros cardinales vſque ad centum. Sicut enim bis vnum faciunt duo, & ter vnum tria, & quater vnum quatuor, & ſimiliter vltra. ita bis decem faciunt viginti, & ter decem triginta, & ſimiliter vltrà, non aliter de centum, non ſecus de mille, & vltra. Hæc quidem ratio eſt (vt placet eidem Reuchlino) cùm decem per iota, ι quæ virgula eſt erecta, Græcè ſcribimus, aut per ſolum punctum Hebraicè י id eſt עשרה notamus, quæ tamen ſigna tam Barbaris, quàm Latinis alioqui ſimplicem reputant vnitatem, quippe à qua numerus denarius oritur, & in quam deſinit. Cuius Pythagoricum extat ſymbolum, videlicet, vnũ, duo, quæ Zaracas Pythagoræ præceptor per nomina propagationis pronũtiare conſueuit, vnum appellando patrem, & duo matrẽ, teſtimonio Plutarchi in Timæi pſichonia. Nam unum & duo cum eſſentia diuina producunt quaternitudinem, illam tetractyn, ideam omniũ rerum denario numero conſummatarum. hæc fermè Reuchlinus. Cui & tu adde denarium a Gręcis decada vocari, quaſi dechada, quòd omnem in ſe numerum recipiat. Pythagoreosq; decada etiam mundum vocare, quòd eo numero ſit compactus, conſtat enim Sphæra, quæ dicitur aſplanes, & planetis ſeptem, elementatiq; natura, & poſtremo antichthone. Quo tamen nomine (quod mirum eſt, vt ſcribit Cælius) intelligebant illi Lunarem ſphæram, quia vt terra Lunã vmbra hebetat, ita Solem Luna nobis plerunque adimit. Adde & illud ex numeri huius religione quadam & obſeruantia moris fuiſſe veteribus, vt iuſtiſſimi quinque fidei comparandæ gratia dextras iungerent, quia ſic denarium præmitterent numerum. Nec illud item prętermittendum puto, quòd Plato ad delendam culpam numero vteretur denario, centenario, millenario. Nam cuilibet voluptatis gradui ſuppliciorum decem contribuit, ita enim oblæſſæ maieſtati diuinæ rependi omnino par fuit. Quoniam ſicut beatitudinis gaudia iuſtitiæ humanæ do-

*Signa, quibus Græci et Hebræi demõſtrãt decem.*

*Pythagoricum ſymbolum.*

*Cur denarius numerus dicas apud græcos uocetur.*

*Pythagorei mũdum appellant decada.*

*Sphæra quibus conſtet.*

*Quid ſit antichthon.*

*Cur antiqui dextras iungebant.*

*Quo numero Plato ad delendam culpam ſit uſus.*

 lores

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

lores exuperant, ſic miſeriæ, cruciatus, iniuſtitiæ, voluptates. Denarij autem rationem centenarius continet, & millenarius, quia (vt diximus) ex denario vniuerſo cõſurgunt Proinde numeri, quos Vniuerſos dicimus, purgationi & emaculandis animis dicantur, vt labes ex peccato inuſta contractaq; prorſum eleuanda ſignificetur, & candidiſſima æternitatis lice perfrui valeamus, quę depuratum modò exterſumq; nitidius admittat æthereum ſenſum, atque aurę ſimplicis ignem. Propterea Virgilius reconditioris ſcientiæ vates Platonicorũ myſterijs ampliſſimè imbutus, ita pronuntiat.

*Quidam numeri purgationi et corrigendis uitijs dicati.*

*Virgilius Platonicus.*

*Contum errant annos, uolitantq; hæc littora circum.*

Et alibi ad eundem ſenſum.

*Mille rotam uoluere per annos.*

Ante hos omnes Triſmegiſtus in eo libro, cui Pimander titulus eſt, è tredecim tradit denarium numerum eſſe animæ genitorem, vnitatemq; ſecundum rationem denariũ complecti, rurſumq; denarium vnitatem. De hoc numero quoque hæc Ouidius libro Faſtorum iij. ſtatim poſt ingreſſum.

*Denarius numerus animæ genitor.*

*Annus erat, dicendum cùm Luna receperat orbem,*
*Hinc numerus magno tunc in honore fuit.*
*Seu quia tot digiti, per quos numerare ſolemus,*
*Seu quia bis quino fœmina menſe parit:*
*Sed quòd ad uſque decem numero creſcente uenitur,*
*Principium ſpatijs ſumitur inde nouis.*
*Inde pares centum denos ſecreuit in orbes*
*Romulus, haſtatos inſtituitq; decem.*
*Et totidem princeps, totidem pilanus habebat*
*Corpora, legitimo quiq; merebat equo.*
*Quinetiam partes totidem Tatienſibus ille,*
*Quosq; uocant Ramnes, Luceribusq; dedit.*
*Aſſuetos igitur numeros ſeruauit in anno,*
*Hoc luget ſpatio fœmina mœſta uirum.*

*Cur denarius numerus apud antiquos magno in honore fuerit.*

*Anno luget fœmina uirum.*

Sed iam Ethnicos hos ſcriptores relinquamus. Sacræ literæ apertè docẽ in numero hoc denario quicquã eſſe latẽtis energiæ, ac myſterij cùm adeò frequẽter illũ nobis incul-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

inculcent. Primum enim Geneſ. 16. Sara poſt decem annos Agar ancillam dedit Abrahamo in vxorem, vt ex ea ſuſciperet liberos. Et cap. 18. Deus Abraham pollicetur non ſe deleturum Sodomam & Gomorram, ſi decem iuſti illic inuenirentur. & cap. 24. Seruus Abraham tulit decem Camellos de grege domini, deditq; Rebeccæ armillas decem ſiclorum. Et 31. cap. Laban mutauit mercedē Iacob decem vicibus. Et 42. Decem fratrès Ioſeph in Aegyptum deſcenderunt. Et cap. 45. Ioſeph Beniamin fratri redeūti decem aſinos, ac totidem aſinas dedit, tritico paneq; onuſtas. Et Exodi 26. in primo tabernaculo fieri præcipiuntur decē cortinæ, & paulò poſt, tabulæ ſtantes denis cubitis, & cap. ſequē. in latitudine atrii ipſius tabernaculi præcipiūtur etiam fieri columnæ decem, baſesq; totidē. Et 34. cap. decē illa præcepta duabus tabulis conſcripta Moyſi à Domino data ſunt. In Leuitico cap. 26. decē mulieres in vno clibano coquuntur panes, & in c. ſequen. quicquid decimū venit, ſacrificatur Domino. Hinc decimæ, quas vocamus, ortæ poſsēt videri, niſi longo ante tēpore Abrahā decimas Deo dediſſet ex omnib. vt ſcribitur Geneſis 14. quas etiā diis conſecraſſe Ethnicos legimus. Tradit enim Herodotus libro primo Crœſum monuiſſe Cyrū, vt decimæ omniū hircorū Ioui redderētur. Et libro non Aeginetas decimā ex ſpoliis Perſarum, qui ad plateas occubuerūt, diis quibuſdā dedicaſſe. Et Xenophon in oratione, quā edidit de Ageſilai laudib. tradit in duob. annis centū talenta, & amplius Deo apud Delphos decimā dedicaſſe. Vide Plutarchū in vita illius, vt, quod notius ē omittā. decimas Herculi olim fuiſſe deſtinatas, quod videre licet apud Diodorū Siculum lib. quinto, & Plutarchum in Proble. c. 16. Sed vt redeamus, Numeri 14. Filii Iſrael Dominū tentauerunt per decē vices. Et c. 29. Menſis ſeptimi dies decima ſancta, & venerabilis prædicatur, & paulò pòſt dicitur, Die quarto offerā vitulos decem. In Deutero. interdicitur Ammonitis atque Moabitis ingreſſus eccleſiæ, vſque ad decimam generationē. Ioſue 17. Et ceciderunt Manaſſe funiculi decem. Et Iudi

*Sodoma et Gomorra propter decem iuſtos fuiſſent ſaluata.*

*Laban decem uicibus mutauit mercedē Iacob.*

*Decimæ unde ortæ.*

*Decimæ Ethnicorum.*

*Decimæ omnium hircorum Ioui redditæ.*

*Decimæ centum talētorum Deo apud Delphos dedicata.*

*Decimæ Herculi dedicatæ.*

*Menſis ſeptimi dies decima ſancta.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cum 20. Decem viri eliguntur è centum, & mille è decẽ millibus. Et Ruth quarto c. Boos tollit decem viros de ſenioribus ciuitatis. Et primo Regum c. j. Helcana Annam vxorem alloquens, Nunquid (ait) non ego melior tibi ſum, quàm decem filij? Et cap. 17. Iſai, filio Dauid iubet accipere decem panes, & decem formellas caſei. & cap. ſequen. Canũt mulieres, Percuſſit Saul mille. & Dauid decem milla. Et 25. cap. Dauid miſit decem iuuenes ad Nabal. Et 2. Reg. 15. reliquit Dauid decem cõcubinas ad cuſtodiendam domum. Et cap. 19. in fin. decem partibus (inquit vir quiſpiam) maior ego ſum apud regẽ, &c. & 4. Reg. 20. c. Sol decem gradibus reuerſus eſt. quod & repetitur Iſaiæ 38. cap. Thobias, vt in ipſius *lib*. c. j. *ſcribitur*, decem talenta à rege accepit. & Pſal. 32. ſcribitur, Confitemini Domino in cithara, in pſalterio decẽ chordarum pſallite illi. Et Pſal. 67. Currus dei decẽ millibus multiplex. Et 90. Cadent à latere tuo mille, & decẽ millia. Et Eccleſiaſtes 7. Sapientia confortat ſapientem ſuper decem principes ciuitatis. Et Eſaiæ 5. Decem iugera vinearum faciunt laguncula vnam. Quem locum enarrans Hierony. ſcribit denariũ numerũ in ſcripturis ſanctis myſticum eſſe, atque perfectũ. Et Danielis 7. Quarta beſtia decem habet cornua. & paulò infra, Decies mille myriades *ante ipſum ſtabant*. Et apud Hieremiã, Viri decem, viri ex omnibus linguis Gentium apprehendunt fimbriã viri Iudæi. Quo in loco Hieronymus, Iota, *i* ait, littera ex quia ſumit nomen Saluatoris exordium, nõ ſolùm apud Græcos, ſed & apud Hebræos, ' iod denarium numerum ſignificat. Et Matthæi 25. Simile eſt regnum cælorum decem uirginib. Quo in loco Nicolaus *Lyra* multa de huius numeri perfectione diſſerit. Et Lucæ 16. Chriſto occurrunt decem viri leproſi. Et 19. Homo nobilis decẽ minas ſeruis dedit, ex quibus is, qui ex vna decem alias minas acquiſiuit, accepit à Domino poteſtatẽ ſupra decẽ ciuitates, de qua re ſtatim audies quid Origenes dixerit. Et Apocalypſis 2. cap. ita ſcriptũ eſt, Habebitis tribulationẽ decem dieb. vbi etiam Lyra multa de hoc nume-

*Denarius numerus in ſcripturis myſticus.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

numero. Et cap. 12. Draco habet decem cornua. Et iterũ cap. ſequen. Altera beſtia habet etiam cornua decẽ, & ſuper cornua eius decem diademata. Nũc audi Origine 16. cap. in Geneſim. Nõ ſine ratione eſſe dicit, quòd poſt famẽ & ſeruitutẽ populus Aegyptius quintas offerebat Pharaoni, Iſraeliticus autẽ, decimas ſacerdotibus. Vide (inquit) Aegyptium populum quinario nummo tributa pendentem, quinque enim corporei deſignantur, quibus populus carnalis deſeruit. Semper enim Aegyptij corporalibus & viſibilibus obſequuntur. At verò Iſraeliticus populus honorat decadẽ perfectioris nummi, decẽ enim verba legis accepit, & decalogi virtute inſtructus ignota mundo huic ſacramẽta diuina largitione ſuſcepit. Sed & in nouo teſtamento ſimiliter venerabilis eſt decas, ſicut & fructus ſpiritus denis exponitur germinare virtutub. Et ſeruus fidelis de negociationis ſuæ lucris decẽ minas offert domino, & decem poteſtatũ accepit poteſtatẽ. Verùm quia vnus author omnium, & fons & initiũ, vnus eſt Chriſtus, idcirco & populus decimas quidem miniſtris, & ſacerdotibus præſtat, primogenita verò offert primogenito omnis creaturæ, & initia omnium. Idem in Leuiticũ Homil. 13. enarrans illud de duabus decimis, Sit panis vnus. Decẽ (inquit) numerus vbique perfectus inuenitur. Totius enim numeri ex ipſo ratio & origo conſurgit. Cõpetenter igitur author & origo omniũ Deus ſub hoc numero videtur oſtẽdi, hæc Origenes. vt interim taceã, quæ de huius numeri ratione diſſeruit Hirenæus aduerſus hæreſes, lib. primo, c. 15. Auguſtinus lib. ſecundo de Doctrina Chriſtiana, & de Ciuitate Dei, lib. 15. cap. 20. Gregorius in libro Iob, cap. 49. Caſſiodorus in Pſal. 10. Nec huius numeri videntur ignoraſſe noſtri Iorecõſulti, non ſolùm ex his quæ in præſcriptionib. de quibus nunc tractamus, definierunt, ſed & ex eo quod ſtatuerũt tẽpus ſimpliciter, & ſine alia declaratione prolatũ ſignificare decẽniũ, ita enim ſcribitur in l. ſine præfinitione. D. de pœnis. quã in eam rem expendit Dominicus, & dicit ſingulare in cap. ex litteris. colum. 4. verſic. quid ſi iudex

*Aegyptij cur quintas, Iſraelitæ verò decimas obtulerint.*

*Fructus ſpiritus denis germinat uirtutibus.*

*Cur decimæ ſacerdotibus, primogenita verò Chriſto offerantur.*

*Tempus ſimpliciter prolatum ſignificat decennium.*

dicit, extrà de conſtitutionibus, & in cap.j. de poſt ul. & in l.ita ſtipulatus, colum.2.verſicu. limita primum, D.de verbo. obligationib.& in l.ait prætor, §.ſi iudex, colum. vlti.D.de re iudicata.

Et haec quidem ſatis, vt opinor, nunc ad conſuetudinem noſtram redeamus, quæ diuturnitate temporis innititur. Eam multa confirmant, vltra iura vulgaria de præſcriptione decem vel viginti annorum loquentia, de qua nuncupatim titulum habemus, C. de præſcrip. longi tempo. decem vel viginti annorum. Primum enim habemus textum communi opinione notabilē, licet omnibus notum, in l.cum de in rem verſo, D.de vſuris. Ex cuius imis viſceribus deprompta videtur fuiſſe hæc noſtra conſuetudo, vbi ex decēnali poſſeſſione præſumitur titulus allegatus, vt hic in noſtra cōſuetudine. Sunt tamē ſuper intellectu illius text. variæ ac diſcordes doctorum ſententiæ, aliis dicentibus eam tantū procedere in præſtatione diuturna, & ſic cum interuenit traditio, aut factum eius, contra quem præſcribitur. Aliis contrà affirmantibus, eā habere locum non ſolū cùm quis diu præſtiterit, aut ſoluerit quicquam annuū, ſed cùm tantùm patitur rem poſſideri nullo alio ſuo facto interueniēte, vtriſque ſuas partes argumentorum & rationum autoritate alacriter confirmātibus, quæ quidē cauſa breuitatis omittemus. Priorem partē ſequuntur Iacob. Aret. Petrus, Cynus, Bulg. Bald Ange. in repetitio. & Iaſon in l.ſi certis annis, C.de pactis. Iaco. Rau. Petrus & Cynus in l.penul. C. communi diuidundo. Bart. in l. Celſus, D.de vſucapio. uerſic. habes ergo probare. & in diſputatio. incipien. mulier habēs magnum patrimonium, colum. ulti. Bald. & Angelus in l.qui in aliena, in princip. D.de acquirēda hæreditate. & in l.ſeruitutes prædiorum ruſticorum, & ibi etiā Iacob. But. D.de ſeruitut. Bald in dicta l.cùm de in rem verſo, in lectura antiqua, & in l.j.colum.3. verſicu. quæro nunquid poſſidens, C.de fideicommiſſ. & in l.ſolēt. §.non verò colum. 2.verſi. nono quæro, D. de officio pro conſul.

*Ex decennali poſſeßione præſumitur titulus allegatus.*

& in

& in c.ſi quis,in verbo,per unum annum,titu. ſi de inueſtit.inter dominum & vaſallum fuerit controuerſ. & conſil. c.incip.mulierem maritus duxit,lib.iiii. Imol.& Romanus in l.in ſumma §.ulti. D.de qua pluuia arcen. Barbat. conſil.xxviii. Omnipotentem Deum, colum ix. verſicul. & ſi dicatur amice,libro iiii. & Petrus Ferra.in tit.forma libelli pro hæreditate uel re ſingulari diuidenda, in uerbo,communiter & pro indiuiſo, colum.ii.Florianus in dicta l.cùm de in rem verſo,colum.vlt. D.de uſuris, vbi tamen hoc intelligit,niſi patiẽtia eſſet mutua, ut in caſu gl. in l.pen. C.commu.diuid.de qua dicemus poſteà. Poſteriorem autem ſententiam tenuerunt glo. Iaco. Pet. But. Bar.& Baldus,hi quidem quinque ſibi contrarii, Fulg. & Floria.qui ſanè dicit eſſe communem in dicta l.cùm de in rem,verſo,glo.Bart.& Floria.& Pau.Caſt. qui hanc etiã dicit eſſe communem Legiſtis & Canoniſtis in dicta l.ſeruitutes.D.de ſeruitutib.glo.Dyn.Barto.in l.i.§.ult. D.de aqua plu.arcen.glo.in c.dilectio,xvi.quæſt.iii.gl.Ant. & ferẽ omnes in repetitione c.peruenit, de conſtit. Innoc. in c.ſi diligenti,de præſcriptio.Dy.in §.ſed neque, & ibi Ang.colum.v.verſicu.cautela.Inſtitu.de actio.Bar.in dicta l.qui in aliena,& ibi latè Alex.&Barto.conſi.clxxxix. primò quæritur vtrum iuriſdictio,colum.ii.Alber. in l.ii. C.de ſeruitut.& aqua.Bald.in l.i.per illum textum,C.de patria poteſtate,& in l.i.in vii.cap.C.qui admitt.ad bon. poſſ.& in dicta l.i.C.communi diuidundo,Sali.in dicta l. ſi certis annis,& ibi quoque Alexand.qui ita dicit ſe conſuluiſſe, ſicuti verè conſuluit conſilio lxix.circa primum dubium,colum.ii.libro quinto, Angelus in l.ultima, in fi. D.de vſucapio.pro dote,Raphael Cuma.& Romanus in dicta l.qui in aliena.D.de acquiren.hæred.Cæp.in trac. ſeruitut.urbano.prædio.c.xix.octauò principaliter, colu.ii.ubi etiam dicit eſſe communem opinionẽ, & in practica obſeruari,Alexander in dicta l.ſi certis annis, columna penultima & ultima,& conſi.lxix.circa primum dubium,columna prima,verſi.præterea poteſt,libro ſexto, Felynus in cap.de quarta,colum.xiiii.verſiculo, fallit ſecundò,

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

cundò, de præſumptionib. & dicit Imol. in dicta l. prima & vltima, D. de aqua pluuia arcenda. & in dicta l. qui in aliena. quòd quanuis prior opinio ſit in puncto iuris, iſta tamen ſeruaretur in practica, nec ab ea eſſet in iudiciis recendum, propter auctoritatem gloſſæ. Nec longè ea diſtat à cōſuetudine noſtra. Sunt tamen, qui in hoc diſtinguunt inter magnum & paruum præiudicium, vt per Bartol. in dicta l. cùm de in rem verſo. & in ſua diſputatione incipien. mulier habens magnum patrimonium, in fine, vbi elegantiſſimè hoc tractat, & in dicta l. ſeruitutes. D. de ſeruitutib. vrba prædio. Bald. in dicta l. i. C. qui admit. ad bonorum poſſeſſ.

*Iuſſus patris præſumitur aditionem filij fami. præceſſiſſe.*

*patris cōſenſus quando præſumatur interueniſſe.*

SECVNDO, huc pertinet textus ſingularis in l. ſi filius familiàs. C. de petitione hæreditatis. vbi ſi. filius familias delatam ſibi hæreditatē decennio poſſederit, præſumitur iuſſus patris aditionem præceſſiſſe. quem Bartolus dicit ſingularē, & ſe neſcire alibi. poſt eum Baldus & Angelus ibi, & idem Angelus in l. ſciendum. D. de verborū obligationib. & Barbat. in repetitio. rubricæ, D. de fide inſtrumentorum. charta penultima, colum. j. & Iaſon in dicta l. ſi certis annis. col. iii. verſicul. pro iſta concluſione, C. de pactis. Et illū dicit notabil. Bald. in eadem l. ſi certis annis. col. iiii. verſicu. ſecundò hoc probatur, & in dicta l. ſi filius familias, dicit Baldus ibi, in fine, quòd ſi ex ſtatuto non poſſit filius contrahere ſine expreſſo conſenſu patris, & filius rem quampiam vendiderit alij, qui decennio poſt illā venditionem tenuerit, præſumitur patris conſenſus in alienatione interueniſſe. Sequitur Alexander conſilio lxxix. circa primū, de quo quæritur, columna tertia, verſiculo, ſed præmiſſis omnibus, libro primo, & Barbat. in dicta l. ſciendum, colum. xxvi. & in l. i. col. xii. D. eod. titu. de verbo. obli. & in repeti. dictæ rubr. de fide inſtru. & in repeti. rubri. qui admit. ad bon. poſſeſſ. colu. iii. & conſi. xxxiii. ſcribit Pſalmiſta, colum. ii. lib. iii. & conſil. i. quod incipit, ad reuerēdiſſimum, colum. v. lib. iiii, & Frāciſc. Aret. conſi. xxxvi. caſus talis eſt, poſt prin.

TER

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

TERTIO, non hinc longè abeſt, quod Alexander conſuluit cõſil.cxiii.viſo & dilıgẽter conſiderato themate, col.penulti. verſicu. quartò comprobatur, libro iiii. quòd ſi is, qui rem emphyteuticam emit, eam poſſedit decẽ annos patiente domino, præſumitur dominus præſtitiſſe conſenſum huic alenationi. Sequitur Philipp. Dec. conſil.clxxxv. col.vlti.vbi hoc reputat notab.& conſilio ccccix.viſo conſilio.col.i.& Iaſon in dicta l.ſi certis annis.colum.iii.C. de pactis. & in dicta l.i.col.vi. verſicul. quintò limita.C.qui admittã.ad bono. poſſeſſ.vbi & hoc dicit notabile in l.ſi certis.col.vii.verſicu.ſextò facit. D. de verborum obligationibus.

*Ex patientia decem annorum præſumitur conſenſus.*

QVARTO huic ſnbiiciendus & alius caſus æque memorãdus.in dicta l.qui in aliena, poſt princip.verſicu. & ſi non apiecit, D.de acquirenda hæredit.vbi è diuerſo, ſi pater decennio hæreditatẽ filio delatã poſſederit, præſumitur conſenſus filii interueniſſe. Quem dicit valde ſingul.ſecundò omnes Barbat.conſil.xxxiii.ſcribit Pſalmiſta celebris, col.ii. libro item ſecundo. & valde eleganter idem Barbab.inter conſilia Alexan.conſil.cxxxv.clementiſſimi Dei Patris.colum.vi.verſicul.& adduco text. lib.iiij.Et per illum textum voluerũt Baldus, Angelus & Imol.& Franciſcus Aret.in dicta l.ſi filius famil.videlicet quòd ſtãte ſtatuto, quòd minor vel mulier nõ poſſit obligari ſine conſenſu propinquorũ, certè.per lapſum decennii præſumitur hunc cõſenſum interueniſſe. De qua re, quia non eſt omnino ſine dubio, vide quæ latius ſcripſi in §.Legum Conubial.in gloſſa v.in viii. limitatione.

*Patre decennio poſsidente hæreditatem filio delatam, præſumitur filij conſenſus interueniſſe.*

*Per longũ tempus præſumitur ratihabitio.*

QVINTO, quod authoritate illarum duarum legum voluit gloſſa in l.i.in verbo, ratam.C.qui admittan. ad bono.poſſeſſ.quòd ſi filius lõgo tẽpore poſſederit hæreditatem, cuius bonorum poſſeſſionem petierat, præſumitur pater ratificaſſe ita petitionem, vt ex eo ſibi vſumfructum acquirat. Et illam ſequuntur Cynus, Barto.Angel.Salicet.Fulgo.Roma Aleland. Corne.& Iaſon ibi,&

Baldus

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Baldus in l.ii. C.de legit.hære. Et ne putes id, quod nunc dicimus, illud idem eſſe, quod diximus ſuprà verſi.ii. debes intelligere, ꝙ illa lex loquitur de petitione hæreditatis, quę eſt perpetua, hic verò loquimur de bonorũ poſſeſſione, quæ eſt annalis l. vltima, D. quis ordo in bonorũ poſſeſſ. ſerue. ideò ratificato illius debet fieri intra idẽ tẽpus, vt eſt textus in l. bonorum. D. rem ratam habe. tamẽ ex huiuſmodi longo tempore præſumitur interueniſſe intra tempus præfinitum, ut declarant Doctores, quos ſuprà citauimus, & eſt communis opinio, licèt contrarium teneant Baldus & Paulus Caſtrenſ. in dicta l.i.

*Petitio hæreditatis perpetua. Bonorum poſſeſſio annalis. Ratihabitio fieri debet intra tempus definitum.*

Sexto, eiuſdem farinæ eſt, vt loquar prouerbialiter, tex. in cap. illud, de præſumptio. vbi per diutinam decem annorum cohabitationem cum aliis adminiculis probatur matrimonium, quem textum Ant. Cardin. Floria. Imol. Panormita. & Fely. trahunt ad matrimonium ſpirituale, vt ſcilicet ſufficiat ad probationẽ tituli, vt inſtitutionis, vel confirmationis, ꝙ longo tẽpore quin tenuerit beneficiũ & habitus fuerit pro rectore, ſiue poſſeſſorio, ſiue etiã petitorio. Et ſic tẽpus, vt illi dicunt, inducit præſumptionem tituli, adeò vt quis non aliter cogatur oſtẽdere, quanuis Innocen. ibi nõ ſatis in ea re firmus fuerit propter aliquam rationẽ, cui omnes reſpõdent. Et idem quoq; in ipſa ſpecie tenuit Hoſtiẽ. in c. licet. in verbo, officij, & ibi etiam Pnnormita. colum. penul. Imol. colum. vii. verſicu. extra gloſſ. vt dixi. Ioan. Ana. & Fely. col. iiii. de ſimo. vbi dicunt ſufficere hoc caſu probare titulũ per iuramentum. quod eſt multũ notandum ad id quod hic in noſtra conſuetudine expreſsè de iuramento cautũ eſt. In eadem quoque ſententia fuit Federic. Senẽ. cõſil. lxi. vacante quodam prioratu. verſic. contra hoc opponit epiſcopus & conſi. ccxxxiiii. principium ſuper primo pũcto, & illius præceptor Ioan. Andr. in c. ſi iudex laicus. §. vltimo, & ibi etiam Dominic. de ſenten. excõmu. lib. vi. & idem Ioan. Andr. in c.i. & ibi latè Petrus Anchara. in repititio. in nona quæſtio. verſicu. dixit tamẽ. de regu. iuris

*Matrimoniũ diutina per decẽniũ cohabitatio probat. Tempus inducit præſumptio nẽ tituli. Probatio tituli per iuramentũ.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

iuris,eodem libro.Bald.Angel. Imol.Roma.& Franciſ. Aret.in dicta l.qui in aliena. D.de acquirenda hæredita. Baldus in dicta l.ſi filius famil.C.de petitione hæredita. in l.ſiue poſsidetis,col.1.in quarta oppoſi. C.de probation. & in l.inciuile, C.de furtis. & in l.etiã C.de appellatio. Pet.Anchar.conſi. cxvii. ſatis. impertines eſt,poſt medium.Imol.in.c.ex frequẽtibus.de inſtitut.Dominic. in c.ordinarii.§.i.col. penulti.poſt Paul.de offic.ordina. libro ſexto, & iterũ conſi. lxxxvii.apparet quædã vnio, colũ.iii.verſicu. corroboratur, vbi dicit ſufficere decem annos,Roma.&Barbat.in dicta l.ſciendum.colum.xv.& colum.xxv.et ſequen.de uerborum obligation.Paul.Caſtren.conſi.ccii.in cauſa confinium,colum.ii.uerſicu.breuiter ſi bene,libro i.Alexand.dicto conſi.lxxix.libr.i.Frãciſcus Curtius ſenior conſi.lxxvii.ſuper motis,colum.iii. Barbat.in c.requiſiſti. de teſtament. & in repetitio. dictæ rubr.de fide inſtrum.et in repetitio.rubr. de cauſa poſſeſ. et proprieta. et conſi.xliiii. ſcribitur apud Prophetam, colum.iiii.in fin.lib.i. & conſil.50.illud adferam,colum. iii.eodem libro i.et conſi.xxvi. ſapienter ſcripſit, colu.v. libro ii.et conſi.xxxiii.eodem libro ii. et conſi.xxxv. ſapienter ſcribitur,col.vii.verſicu. faciet quod voluit. eodem libro ii. et dicto conſi.1.libro iiii. et inter conſilia Axand. conſil. cxxxiii.col.v.verſicul.Itereà accedit, et colum. ſeq. libro iiii. Socinus conſil. cclxx. conſideratis his, col.iii.libro ii.Felyn.in c.ſicut, colum.xv.uerſiculo fallit tertiò, de re iudica. Philipp. Decius in dicta l.i.col. iiii.uerſicu.ex glo.et ſupradictis, C.qui admittan.ad bonorum poſſeſſ.et in cap.cum cauſam,colum.ulti.de probatio. & conſil.xxxvi. exemplum inſtrumenti,colum.iii. uerſicu.quintò non interuenit,et conſilio cxviii.uiſo inſtrumento,colu.i.et conſi.cxxi.in cauſa venerabilis preſbyteri.colum.ii.uerſicul. ex quibus omnibus, & conſilio cxxxv.ad iuſtificationem,poſt princi.et conſi.clv.in cauſa exemptionis,col.ii.et conſi.xxxix.uiſo conſ.col.i.Corſe.in ſing.in uerbo,titulus.

Sed hnic ſentẽtiæ,ueluti ex diametro, repugnat quod

ſcribit

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Ex tẽporis diuturnitate non ſit probatio tituli in beneficiis eccleſiaſticis.*

*Communis error operatur tãtum in temporalibus.*

*Communis error non facit ius in ſpiritualibus.*

*Tituli probatio omnino neceſſaria eſt.*

*Beneficia non poſſunt præſcribi.*

ſcribit Bald.in cap.ex parte.in princip.de teſtib. vbi per illum text.notat,quòd ex temporis diuturnitate nõ præſumitur titulus in beneficiis eccleſiaſticis,neq; habet locũ in illis fictio l.cum de in rẽ verſo. Et idẽ quoque in effectu voluit ipſe Bald.in l.malè agitur.C.de præſcrip.triginta annorum.& in l.non mutatur.C.de liber. cauſa.dũ dicit,quòd communis error,de quo in l.Barbarius.D.de offic.præto.operatur tantum in temporalibus,non etiam in ſpiritualib:vt notat Innocen.in cap.nihil.de electio.& idem Baldus in dicto cap.Illud.in fi.poſt Innocen.de præſcriptio.& in cap.contingit, col. vii. verſic.quæro nunquid titulus eccleſiæ,de dolo & contuma.vbi illud præterea dicit, quòd ſemper poſſeſſor quocunq; tẽpore poſſederit beneficiũ, tenetur oſtendere titulũ, ſi ordinarius petat.Et idem Baldus in ſua Margarita, in verbo,matrimonium,& conſ.ccix. caſus talis eſt,vbi dicit quòd quis in beneficiis non iuuatur diuturnitate tẽporis, quia non poſſunt præſcribi,per dictũ cap.ex parte. Et Socinus qui elegentiſſimum reputat dictum Baldi in d.l.non mutatur. Socin. inquam conſil.lix. viſo elegantiſſimo, col.ii. verſic.circa quarta dubitationem, lib.i. Et Iaſon in dicta l.ſi certis annis.col.iii.verſ.facit quod notatur,& iterum colum.vlti.verſi.ſeptimo limita.C.de pact.

*Definitio periculoſa eſt in iure.*

In qua re Bald.vt vides, Lector amantiſſime,palã ſibi aduerſatur,vt ſæpiſsime ſolet,alioqui nemini noſtrorum poſtponendus,& forte omnibus præferendus, ſi ſibi conſtitiſſet,& ingenio non nimium (quod de Ouidio ſcribit Fabius ) indulſiſſet. Vtra autem in ea re ſententia ſit verior,aliorum eſto iudicium. Nã quod ad me ſpectat,non auſim de tãtis viris in re tam dubia iudicare. Multũ enim eſt periculoſa,& difficilis in iure noſtro determinatio,& inter diuerſa,vel contraria certa electio,ut etiã è noſtris dicit Cardina. præloquens in clement. Et ut authoritate diui Hieronymi in Danielem ſcribit Franciſ.Aret.ſtatim in ingreſſu conſi.clv.periculoſum eſt iudicare de ſententiis patrum uariantibus, nec minus arduum, vt ſubdit, & difficile.Propterea Fely. in cap.cũ dilectio.colum.xviii.

uerſic.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

uerſic. amplia. ad fin. de reſcrip. quem laudat Ioan. Ana. ob id quòd ſoleat timide loqui, raróque quippiam aſſeueranter adfirmet: cum eadem temperãtia utatur Ioan. Andr. uir alias cõſummatiſsimus, qui in ſuis lecturis aliorum recitatione communiter contentus eſt. Neque tamen me latet Fely. in dicto cap. ex parte. de teſtibus. in princip. conari ſubobſcure huiuſmodi (de quibus loquimur) diſsidentes ſententias concordes efficere, ſed mihi, ut uerum dicam, non ſatisfacit. alibi autem idem Felynus, ad hoc quod dictum eſt præſumi titulum beneficii ex longo tempore, dat quatuor conſiderationes minime contemnendas, videlicet in dicto cap. ſicut, quem locum nuper citauimus, de re iudicata.

*Beneficij titulus an ſemper præſumatur ex longo tempore.*

SEPTIMO, ſuperioribus tempeſtiue ſubditur tex. in l. ſi poſt mortem. iunctis ibi notatis, D. de adoptio. ubi emancipatio, quæ dicitur inutilis ex defectu ſolẽnitatis, pro utili habetur, ſi diuturnitas temporis interuenerit. Et ex eo notat Bald. ibi, ad fin. quòd ſi filius longo tempore uixit, ſeorſum à patre habitãdo, & per ſe negotiãdo, præſumitur eſſe emancipatus, ſi alleget. Ad quod etiã allegat d. l. cùm de in rem verſo. & l. i. ubi & hoc notat idẽ Bald. C. de patria poteſta. & idem quoque uoluit ipſe Bald. in l. 2. C. ſi aduerſus rem iudica. Sequitur & cõmendat Barbat. in d. l. ſciendũ col. 27. D. de verb. oblig. & d. cõſil. 33. col. 2. lib. 2. & conſil. 35. ſapienter ſcribitur, col. 7. verſi. & ideò dixit, eodem libro 2. & conſil. lxxxvi. illud referam. colum. 2. in fin. eodem libro. & dicto conſil. i. col. i. & colum. v. libro 4. & Iaſon in dicta l. ſi certis annis. col. penulti. verſicu. ſeptimo facit. C. de pactis. Et facit quod ſcribit Romanus conſil. ccccii. in propoſita conſultatione, in ſecundo dubio.

*Propter temporis diuturnitatẽ inutile habetur pro utili.*

*Emãcipatio præſumpta.*

OCTAVO, iſtis annectendus eſt textus in dicta l. Procula. D. de probationib. vbi diuturnitas tẽporis aliis concurrentibus inducit præſumptionem tacitæ donationis. Et ita expendunt illum textum Barto. & alii, & gloſſ. in l.

*Temporis diuturnitas quando inducat præſumptionem tacitæ donationis.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

in l. quæ dotis. D. ſoluto matrimonio,& Bal. in l. ii. in prima quæſtione. C. de iure dot. Et Ioan. Platea in l. quicunque, C. de apoch. publ. lib. x.& Raphael Cuma. qui illum dicit notab. conſi. cxxxvi. viſis inſtrumentis, col. ultima, in principio,& Maria. Soci. conſi. xv. pro deciſione prædictæ conſultationis, colum. vii. Hucq; facit text. in l. cùm quidam,§. diuus. D. de uſuris, vbi vſuræ temporis diuturnitate videntur remiſſæ. Et ita cõſuluit Baldus per illum textum, ſicuti retulit Romanus in l. inſulam,§. uſuras. D. ſoluto matrim.& conſi. ccccxvii. in caſu propoſitæ conſultationis, colum. iiii. uerſic. ſecundo tamen. Facit item textus in l. ſi ſeruus communis, & in l. uir uſuras, iuncta glo. in uerbo, uſuras, D. de dona. inter uirum & uxorem, & in l. cùm oportet,§. ſin autem, C. de bonis quæ libe. Et quod uoluit Baldus conſi. ccclv. ſtatuto cauetur, in fi. lib. iii.& Bartol. inter conſilia ipſius Baldi, conſil. cccc. ſuper primo puncto, colum. ii. verſic. nec obſtat prædictis, libro quarto, et Philippus Decius, conſi. ccii. ut præſens conſultatio, colum. ultima, Ex quibus uidetur reddi dubia deciſio Baldi in l. ultima, C. ne de ſtatu defunct. ubi per glo. in l. ſolent,§. ult. D. de officio proconſul. ſtudioſe limitat dictam l. cum de in rem uerſo, ſupra ſæpius citatam, non procedere, quando quis prætendit titulum donationis, ſcilicet illum nõ poſſit probare ex ſola præſtatione decennali, cùm habeat præſumptionem iuris in contrarium uidelicet quòd nemo præſumitur donare l. cum de indebito, D. de probatio. quod et idem quoque ſentit Barto. ſi ſolerter in dicta l. cum de in rem uerſo, inſpiciatur, et ibi Alex. in addi. ubi Bald. et idem uoluit ipſe etiam Alex. in l. ſi donatione, colum. viii. C. de collationib. contra Salic. ibi, et in l. filiæ, eodem titu. Facitq; quod ſcribit ipſe Bald. in l. ſi maior, C. communi diuidun. dum gloſſ. ibi limitat, per textum in dicta l. cum de indebito, de quo poſtea dicemus. Et quod etiam tradit Salycetus in dicta l. ſi certis annis, ubi etiam Iaſon, colum. ultima, in xii. limitatio. et idem Iaſon in §. præiudiciales, colum penult. uerſicul. vi. Inſtit. de actionibus.

*Vſuræ temporis diuturnitate remiſſæ.*

*Limitatio d. l. cùm de in rem uerſo.*

*Donatio nõ probatur ex ſola præſtatione decẽnali:*

*Donare nemo præſumitur.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Verum illa Baldi doctrina haud dubie vera eſt, vt ſcilicet ſolum tempus non inducat præſumptionem donationis, niſi & cum tempore alia concurrant: videlicet cōſanguinitas, neceſſitudo, amicitia, & alia, de quibus in iurib. in principio huius verſi. allegatis, vt etiam expreſſe intellexerunt Bald. Salyce. Florianus in dicta l. Procula. D. de probationib. gloſ. Bart. & alij in l. libertis, quos. §. primo. D. de alimen. & cibar. legat. Bartol. Roma. Alexan. & alii in dicta l. quæ dotis. Baldus in dicta l. ſi certis. colum. 4. & in l. cum quid. colum. 2. D. ſi certum petatur. & in l. cum proponas. la 2. C. de pactis. Petrus Ancharanus conſilio 32. ſubtiliter & copioſe, colum. 2. Raphael in dicta l. cum quidam. §. diuus. D. de vſuris. Romanus & Bartol. in l. de diuiſione. D. ſoluto matrimonio. idem Romanus conſil. 143. licet varie, dum allegat dictam l. Procula & expreſſius dicto conſilio 517. Franciſc. Aret. in l. recuſari. D. de petitione hæredita. Alexand. conſil. 46. viſis & accurrate conſideratis. in fin. lib. j. & conſi. 56. in præſenti conſultatione, colum. penulti. verſic. nunc reſtat. vſque ad finem conſil. lib. 4. Angelus Areti. in §. fuerat, Inſtitu. de actio. Corne. conſil. 164. in hac conſultatione, colum. penulti. in fin. cum principio ſequen. lib. 3. Socinns conſil. 73. circa primum, colum. 3. libro j. & conſil. 61. circa primum dibium, in fine. libr. 4.

*Diuturnitate tēporis confirmatur id quod nullum eſt.*

*Lex noua nō extenditur ad ea quæ longo tempore ſunt ſtabilita.*

NONO, huic ſpectat elegans & notab. caſus in l. qui in prouincia. §. j. D. de ritu nuptia. cum dicitur, mouemur temporis diuturnitate, vbi princeps alias nō facturus, motus tamen diuturnitate temporis quod nullū erat, confirmauit. Quē tex. aureis litteris ſcribendū eſſe dicit Barb. conſi. 9. præclare ſcribitur, colum. 2. lib. 2. & ſingul. Bald. in tracta. dotium, in vndecima parte principali. col. vlti. illiusq; authoritate ſubnixus Ange. ſingu. decidit conſil. 52. in quæſt. propoſita, colum. vl. quòd lex noua annullando præterita, nō extenditur ad ea quæ ſunt temporis diuturnitate munita. Cui deciſioni Fely. dicit ſe neq; cōteſtē reperiſſe, neque contradicentē, in c. vlt. col. 7. verſi.

C limita

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

limita quinto.de conſtit.vbi tamen dicit, quòd tã in practica haberet pro difficili,licet ſit æqua. Et dicit Catel.in memor.incip.lex noua, quòd ſecundum illam deciſionẽ debet intelligi quod generaliter conſuluit Bal.conſ.cvii. conſiderandum eſt,lib.5.iunctis his quæ ſcribit Cor. cõſil.cxcix.in præſenti cõſultatione,col.antep.lib.2. & cõſil.clxxxi.viſa copia cõſilii,col.2.in fi.& ſeq.lib.3. Sed & per illum tex.dicit Bal.in rub. extra de præſumpti. quòd propter tẽpus facilius diſpenſatur. Per illum quoq; tex. dicit Paul. Caſtr.conſi.267.videtur dicendum.in fi.lib.2. quòd ſi vir & mulier lõgo tempore maneant tanquã vir & uxor per ignorantiã iuris, ita confirmatur ſtatus filiorum,vt dicantur legitimi. Eſt autẽ fere ſimilis tex.in c.i. 35.quæſt.8.vbi ex eo not.gloſſ. ratione diuturnitatis fieri,quod alias non fit,ſecundum quem tex. tradit Roma. conſi.307.in caſu propoſitæ conſultationis,ante fi.debere intelligi c.non debet,de conſanguinitate & affinitate. Et facit etiam text.in cap.cito,& quod ibi notat gloſſ.in verbo,multiplicis.primi,quæſtione prima.

*Diſputatio ſ. c. hor propter tẽpus.*
*Filiorum ſtatus per longum tempus cõfirmatur.*
*Diuturnitati ratione quædam fiunt, quæ alias nõ debent fieri.*

DECIMO, iſtis fauere videtur text.in l.2. C.de incol.lib.x. ubi alienigenæ ibi uidentur ſedẽ domiciliumq; conſtituiſſe,vbi decẽ annis ſteterunt, vel habitauerunt. Neq; id ſolum in his qui ſtudiorũ cauſa alicubi morãtur, de quib.nũcupatim loquitur ille tex. ſed in aliis quoq;,ut dicũt gl.& doc. ibi,in l.hæres abſens,D.de iudic.Cy.in l. 2.C.ubi ſenat.uel clariſſ.Bar.in l.lex Conelia.§.domini. de iniuriis.Bal. conſ. 393.punctus talis eſt,Titius. lib.1.& conſi.311.quæſtio ſuper qua,lib.4. & conſi.156. quidam in terra Burgi,lib.5.Alex.conſ.155.uiſo titulo.col.i.lib.7. Et per illũ text.dicit Specul.tit.de cõpe.iudi.adi.§. regulariter.quòd ratione temporis quis non ſortitur forum.

*Decennium eſt tempus domicilij conſtituti.*
*Temporis ratione quis non ſortitur forum.*

VNDECIMO, proxime accedit tex.in c.cõtingit, in illis verbis,& fuerit aliquot annis ſeruata,extra de trãſac.vbi contractus ex diuturnitate tẽporis robur accipit, & fomentũ,vt dicũt noſtri,vt retractari nõ debeat, alias retra-

*Contractus ex temporis diuturnitate vires accipit.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

retractandus, & ita per illum textum dicit vir acuti inter noſtros ingenij Philippus Decius conſilio 140. an & quã do inter maritum, colum. 2. verſi. ſecundo non obſtat, vbi & per hoc conſuluit, quòd licet alias maritus poſſit vxorem repetere, licet vterque iurauerit vir & vxor nunquã ſe repetituros, tamen ſi poſt huiuſmodi iuramentum, vel etiam ſimplicẽ conuentionem ſaparationis thori coniuges ſeparati longo tempore continentiam ſeruauerint, non poterunt ſe amplius repetere, quòd eſt admodum notabile, ſi verum eſt.

*Maritus poſt iuramentum poteſt uxorem repetere, niſi decẽniũ ſit elapſum.*

DVODECIMO, his quoque reſpondet textus in c. licet, extra de coniugio ſeruo, vbi ratione temporis decennalis Papa, de quo ibi tractatur, diffinit. Quẽ tex. pro nota. allegat in rubri. de præſumptio. ex eoq; colligit inter cæteras præſumptiones, quæ hinc illincve oriuntur, eſſe quoque præſumptionem ex tempore.

*Decennij effectus.*

DECIMOTERTIO, huc reſpicit tex. admodum notab. & forte ſingularis in c. neque viduas. xxvij. quæſt. j. vbi ſi virgo vel vidua in religioſo propoſito diuturna obſeruatione permanſerit, ſiue annis plurimis in monaſterio ætatẽ peregerit, præſumitur votũ continentiæ emiſiſſe, adeo vt non poſſit tranſire ad nuptias, licet de voto ipſo aliter non appareat. Tanta eſt enim vis temporis.

*Ex diuturna in monaſterio obſeruatione præſumitur uotum.*

DECIMOQVARTO, eo facit gloſſ. notab. in l. penulti. C. commu. diuidun. quæ dicit, quòd ſi plures fratres ſeparatim diuiſimq; poſſederunt bona cõmunia ſpatio decem annorum, oneraq; etiam ſeparatim pro ſe quiſque ſubierunt, præſumitur inter eos diuiſio, per dictam. l. cũ de in rem verſo. D. de vſuris, & illam gloſſ. ſequuntur Iacob. Butr. Odol. Rayn. Bart. qui eam dicit eſſe ſingul. notandam, & perpetuo menti tenendam. Bald. Alberi. Angel. Paul. Caſtren. qui eam quoque dicit ſingul. Salycet. & omnes recentiores ibi ſequũtur etiam Bart. in dicta l. cum de in rem verſo. colu. 3. & ibi quoque Flor. colum.

*Præſumitur diuiſio ex ſeparata bonorũ communium longo tempore poſſeſſione.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

vlti. Nicol. Neapol. in §. quędã. in Apoſtil. tex. & rurſum in quarta queſt. Inſtitut. de actio. vbi etiã illam facit ſingul. & ibi poſt eum Iaſon col. 7. verſicul. quid autem ſi eſſent. idem dicit Ange. Franciſ. Aret. in dicta l. qui in aliena. §. j. D. de acquiren. hæredita. Bart. in ſua diſputatione incip. *quædam mulier* habes amplum patrimonium, in fin. & in l. vlti. & ibi etiam Angel. D. de uſucap. pro dote. Ioã. Andr. in addit. Specula. titu. de iudiciis. §. ſequitur vide verſic. porro, Guliel. Suz. in l. diuiſionis. D. de pact. Bartol. in dicta diſputatione incipien. quædam mulier habẽs amplum patrimonium, *in fin.* Bald. in dicta l. ſi certis. colum. 4. verſicu. tertio probatur, & ibi etiam Angel. Paul. Caſtren. Alexand. & Iaſon colum. 3. verſicu. ſexto facit, vbi ꝙ illam dicit ſingularem. C. de pact. Bald. in dicta l. licet. C. de iure deliberand. & in l. j. colum. 3. verſic. pone, duo fratres, C. de fideicommiſſ. & in l. 1. in 7. ca. C. qui admittan. ad bonorum poſſeſſio. & conſil. 245. caſus talis eſt, quidam dictus Leo. libro j. & conſil. ccccxxxvii. *quędam puella, in fin. eodem* libro j. & conſil. 45. quãdoque contractus. lib. 2. & conſ. cclxxxii. proponitur quòd minor. eodem libro 2. vbi dicit eam gloſſam ordinariam, & communiter approbatam: quãquam ibi allegat perperam gloſſ. in l. placet, D. cõmuni diuidundo, cum in eo titulo nulla ſit lex huiuſmodi, ſed voluit allegare glo. in dicta. l. pen. cum etiam nulla alia hoc ipſum dicat. Et idem Baldus conſilio 100. mulierem maritus duxit, col. i. libr. 4. & *conſilio ccxxxiii. diuiſio*, eodem libro 4. vbi id dicit procedere, etiam ſi diuiſio fuit ab initio nulla vtpote inter minores facta ſine decreto. quod eſt tamẽ notandũ. Angel. in l. ſeruitutes, D. de ſeruitut. Anto. in c. peruenit, 11. colum. verſi. venio ad ſecundum principale, de cenſi. Romanus conſi. 205. in *præſenti propoſito*, circa mediũ. & conſil. ccccxviii. in eo quod quæritur, verſic. ſecundo principaliter. Panormita. in c. vlti. de cauſa poſſeſſ. & proprieta. *Ioan. Plat.* in l. quicunq; C. de apoch. public. lib. decimo. Paul. Caſtrenſ. conſi. 202. in cauſa confinium, colum. ii. libro i. & conſil. 126. non ſequendo ordinem, lib. ii. vbi

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ii. vbi illam dicit communiter teneri, Alexan. conſi. xcii. viſo & diſcuſſo, in princip. lib. 2. vbi hanc dicit eſſe communem opinioné, & conſil. xxv. attentis narratis, in princip. & iterum col. 5. verſicu. confirmo per ea, lib. 5. Franciſc. Por. in tractatu de duob. fratribus, in ſecunda parte, quæſtione lxxviii. Cæpol. in tracta. de ſeruitu. vrba. prædio. c. xcix. Barbat. conſil. xxviii. omnipotentem Deum, colum. 8. libro 4. vbi & eam aſſerit eſſe ſingularem Socin. conſilio 164. viſa bulla, colum. vltima, verſicu. tertio, quia poſt priuilegium, libro i. & conſi. 254. viſa & conſiderata, colum. 2. verſicu. ſed contra præmiſſa, libro 2. Felynus in c. ſicut. col. 16. verſicu. facit plena deciſio, extra de re iudic. Philippus Decius conſi. 79. in fin. Stephanus Bertrand. conſil. 344. etiam ſi non probaretur, in princip. lib. i. Sed illam gloſſ. intelligit Bald. & ibi etiam Paulus Caſtrenſ. Alexand. dicto conſil. 25. libro. 5. & Fely. in cap. ſicut. col. 15. verſicu. hanc fallentiam, vt ſcilicet procedat quãdo inter iſtas fratrum poſſeſſiones eſt proportio & debita cõgruitas, id eſt, cũ portiones ſeparatæ poſſeſſæ ſunt ęquales, ſi æqualiter ſuccedebãt, aut conuenientes portioni, quam quiſque eorũ habebat: alias auté non præſumetur diuiſio, quia nõ is qui minus portione hęreditaria poſſedit, ius ſuum remiſiſſe cẽſetur. l. cum de indebito. D. de probatio. Et bene facit quod circa illã gloſſam voluit Panormita. in dicto c. vltimo, de cauſa poſſeſ. & proprieta. Contrarium tamen expreſſe voluit, vt videlicet illa gloſſ. indiſtincte procedat, ſiue ſint congruentes portiones, ſiue non ſint, Saly. in dicta l. penulti. & Anto. in dicto c. peruenit. & videtur ſequi hanc partem dicto conſi. 92. colu. 3. verſicu. præterea. libro. i. Sed tu hic vide quæ dixi ſupra in ſexto verſiculo.

*Qui minus portione ſua hæreditaria poſſidet, non uidetur ius ſuũ remittere.*

Sunt tamen qui tenuerunt illam gloſſam nullo pacto procedere. Petr. Ra. Cyn. & Salice. in dicta l. pen. moti, quia nõ præſumitur diuiſio, niſi probetur, per textũ ibi, cum ſimilibus. Nec obſtat, inquiunt, d. l. cum de in rem verſo, quia loquitũ in actu ſolutionis vel pręſtationis, quę

*Non præſumitur diuiſio, niſi probetur.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

non ſit libéter, nec de facili, niſi ſubſit cauſa, quæ ad hoc cogit. argumen. dictæ l. cum de indebito. Hic autē loquimur in actu diuiſionis, in quo ſola patientia interuenit, quod communiter & facile fieri ſolet. Id quoque voluit Alexand. ſibi contrarius dicto conſil. 13. lib. 2. & dicto cōſilio 3. lib. 3. Angelus in §. vltimo. Inſtitut. de ſocieta. Petrus autem Ferrarien. in titu. forma libel. pro hæred. vel re ſingul. diuid. in verbo, cōmuniter, & pro indiuiſo poſſederūt. Et quòd non præſumatur diuiſio, apparet, quia potius uideautur ita poſſediſſe gratia cōmodioris vſus, quā diuiſionis. Et ita obtinuit opinio Iaco. Rau. & Petri, ꝙ inter extraneos quoſdam ſocios, qui rem ante communem poſtea ſeparatim poſſederunt, habeat locū alia opinio per textum in l. itaque cum ſeparatim. D. pro ſocio.

*Solutio non præſumitur, niſi ſubſit cauſa*

Sed aduerte, Lector, quia ratio, cui innituntur Iacob. & Petrus, hinc manat, quòd exiſtimant dictam l. cum de in rem verſo, non procedere in patiēte, ſed ſolum in præſtante, id quod etiam plerique arbitrantur. Sed contraria opinio communior eſt, vt diximus ſupra verſic. i. Sed ſi concedamus aliam eſſe veriorem, adhuc nihil ea huc pertinet, quoniam in noſtro caſu non ſola patientia interuenit ſociorum, ſed & factum quoque omnium, vſuſque & poſſeſſio ſuæ cuiuſque partis. Ideo tene priorem partem, quæ etiam communior eſt, & eam etiam ſequuntur multi ex his, qui putant dictam l. cum de in rē verſo, non habere locum in patiente tantum, ſed ita tamē temperatam, niſi parua ſit quædam inæqualitas, ex ſententia Franciſcus Balbi in tractatu Præſcriptionum, in ſecūda parte tertiæ partis principalis.

Decimoqvinto, ne diſcedamus a gloſſa, quam merito omnib. antepono, facit & quòd ea voluit in l. atqui natura. §. cū me abſente. D. de negot. geſt. quòd ſola fama diuturni temporis probat dominium. Quam ad hoc facit ſingu. Angel. ibi, vbi ſe dicit ita obtinuiſſe. & idem Ang. in l. Titius, D. quibus modis pign. vel hypothe. ſol. & in

*Fama ſola diuturni temporis probat dominiū*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

& in l. quidam in ſuo. D. de condit. inſtit. vbi tamen Nicol. Neapol. dicit eſſe ſimilē in l. litibus. C. de agric. & cēſi. lib. xj. Sed & eam dicit ſingul. Barba in l. ſciendum. colum. xix. verſic. & etiam addo. D. de verborum obligatio. & in l. in illa ſtipulatione. colum. xiij. eodem tit. & conſi. vj. ſapienter ſcribitur. colum. vj. verſi. præmitto, libro ij. & conſil. viij. ſapienter doctiſſimus. colum. 2. eodem libro 2. & conſil. xviij. præclarè ſcriptum eſt, colum. xix. eodē libro 2. & conſi. xxviij. omnipotētem Deum, colum. iiij. lib. 4. & per illam dicit Bald. in c. i. § vaſallus. in fin. titu. ſi de feudo fuerit cōtrouer. inter dominum & agnat. quòd fama diuturna inducit præſumptionem iuris. Per eādem quoque dicit idem Bald. conſi. lxxxix. dominus Thomas. colum. 2. uerſic. tertiò præmittendum. libro j. quòd fama antiqua facit notorium, probatq; in vim notorij. & ad hoc dicit illam gloſſam eſſe ordinariam. Et idem quod Baldus voluit Anto. in cap. j. de fide inſtrumen. Sed & tu præterea in eandem ſententiam vide Innocen. in c. cùm cauſam. de iuramen. calum. & in cap. quod per nouale. & in cap. veniens. de uerbo. ſignifica. Archid. in c. beati. 2. q. vij. & in cap. inter memoratos. xvi. quæſtio. 3. Specul. tit. de probatio. §. i. uerſicu. & noto quòd præſcriptus, Cyn. Barto. & alii in l. ſi quidem. C. ſoluto matrimo. Cynus in l. cùm res. in fi. C. de probat. Bald. in l. proprietatis. verſi. tertio modo operatur, & ibi Ange. & Salice. C. de proba. & in authent. quas actiones, ante fin. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. conuenticulam. colum. penul. verſi. ex his etiā infero. C. de epiſcop. & cleri. & in l. in bonæ fidei. col. vltima. C. de iureiuran. & in l. cùm ſuper. & ibi etiam Ang. C. de rei vendi. & in l. non ignorat. colum. 6. C. qui accuſa. non poſſ. & conſil. 204. longum thema, colum. 2. lib. 3. Anto. in cap. veniens. le i. & ibi latè recentiores, de teſtib. Imol. in c. cùm cauſam. ubi eſt bonus contextus, de probatio. Paulus caſtrenſ. conſi. cclxxix. viſa petitione, in fi. Roma. conſi. ccccxxiiii. circa prupoſitum. colum. 2. Caccial. in repetitio. l. admonendi. colum. 63. in ſexta concluſione. & ibi latè Iaſon etiam in eadē repetitione, colum. lxxxvii.

*Fama diuturna inducit præſumptionem iuris.*

*Fama antiqua habet uim notorij.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

lxxxvii.verſ.tangit hic etiam,D.de iureiuran.& in l.rem quæ nobis,colum.vltima,D. de acquirenda poſſeſſ. Alexand. conſil.4.videtur inſpectis his, colum.6.verſicu.poteſt alius modus, libro 2. & conſil.i. ponderatis his in fi. libro 4. & conſilio.25. viſis & ponderatis, colum.2. eodem libro.4.& conſilio 75.libro.5.& cõſil.139. circa primum dubium,col.penulti.verſicu.& licet,in antiquis. & multis ſequen.libro 6.& conſilio 8.attentis his, colum. 2.verſic.alio etiam fundamento.libr.7. & conſi.101.ſuper primo dubio,colum.5.verſicu.tamen in caſu,eodem lib. 7.Barbat.conſil.55.clementiſſimum Deum,colum. 6.vbi illam gloſſam dicit elegantem Corne. conſil. 222. ſupra in conſiliis,col.2.lib.i.& conſil.164.me ſubſcripſi.verſiculo item ſecundus articulus, libro 2.& conſil.304. rem arduam continet,libro 3.& conſilio 130.eleganter,libro 4. Franciſcus Aretin.conſil.36.caſus talis eſt,colum 2.& conſilio ſequen.ſequendo ordinem quæſitorum,per totum, & conſil.42.viſo conſilio, columna i.verſiculo tertio per rationem, Franciſcus Cur.ſenior conſil.70 Chriſti nomine,colum.3.verſic. ſecunda concluſio, Socinus conſi.187.in controuerſia, colum.3. verſicu. confirmatur hoc ratione,libro 2. Philippus Decius in cap.dilecti. colum.4.verſicu.ſeptimus caſus,de appellatio. & conſil. 42.colum.2.verſic.& non mirum, & iterum colum.7.in quinto dubio,verſicu.hinc eſt quòd fama, & conſi.146. dubia,de quibus,colum.5.verſic.quarto producuntur.& colum.ſequen.bene facit. In quibus locis,præſertim vero apud Corne. & recẽtiores, comperies quomodo hoc intelligitur,& de quanto tempore.

*Per diuturnam præſtationem cẽſus probatur cõceſsio in emphyteuſim.*

DECIMOSEXTO, quod voluit alia gloſſa in l.2. in gloſſa magna,in fine, C.de iure emphyteu. quòd diuturna præſtatio cenſus ſiue pẽſionis inducit probationẽ ſufficientem conceſsionis in emphyteuſim,vel in feudũ, aut alias id genus. Quam gloſſ. ſequuntur ibi Bald. Ioan. Fab. Angel. Salice. & Iaſon col.57. vbi de hoc copioſe. Et idẽ tenet Specula.in titulo de loca.§.nũc aliqua.verſicu.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſicu.lxiiii.Barto.& Salyce.poſt Cyn.in l.comperit.C. de præſcriptio.triginta vel quadraginta annorum,idem Barto.in l.cum de in rem verſo,& ibi etiam Baldus in lectura Floren. Et Saly.in vi.q. D.de uſuris,Barto in l.iii.§.ex contrario,colum.ii.in princip. D.de acquiren. poſſeſſ. & in l.ſolent,§.1.ad fi. D.de officio procon.& in l.iubemus, C.de fund.patrim.libro xi.& in l.litibus, & ibi etiam Angel.& Ioan.Plat.colum.ii.C. de agrico.& cenſit. eodem libro xi.Bal.in l.malè agitur,& ibi etiam Ange.& rurſum idem Bal.in l.cum notiſſimi,§.ultimo, C.de præſcriptio. triginta,vel quadraginta ann.& in l.qui in aliena,in princi.& ibi Ang.qui dicit eſſe menti tenendum, Imol.& Alexan.col.iii.uerſicu.item infero, & in l.ſi certis annis.in fin.C.de pact.& in l.neque,C.de uſufruct. & in cap.cum eccleſia Sutrina,de cauſa poſſeſſ.& proprieta.& in cap.i. §.ſi quis per triginta annos,per illum titu.ſi de feudo fuerit contro.& in cap.ult.titu.de feud. da in vic.leg.cō. ubi eſt bonus text.& conſi.xxiiii.ſubtiliter tractata ſunt, lib. iiii. Ang.in l.prætor.in prin.& ibi recentiores, D.de edē. & in l.qui luminibus. D.de ſeruit.urb.prædio.& in §. emphyteuſim,colum.ii.uerſi.ſed tunc quæro,in authenti.de alienat.& emphy. Petrus Anchara.conſil.ccccxxii. quidam ſeruus. Roma. conſi.xxvii. poſito quòd dominium rei,colum.i.Panormit.in cap.ad audientiam,colum.v.de præſcriptio.& conſil.lxxxii.conditoris omnium,colum. 3.uerſi ex his concludo,lib.1. & Pau.Caſtr.conſi. ccxiii. uiſo puncto,colum.2.lib.2. Alexan.conſi.lxxix. circa primum,col.3.in fi.lib.1.& conſi.51. in cauſa ſpectabilium, col.2.& conſi.clxix.uiſo themate,col.2.lib.2.& conſi.8. attentis his quæ ſupraponuntur,lib.7.Franc.Cur.ſenior, conſi.25.tria ex facti narratione, poſt prin. Cardi.Alex. in cap.uaſallus,colum.2.tit.ſi de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna.Soci.conſilio 50.ſubtiliter & copioſe,colum.2.verſicu.& licet prædicta, libro 4. Iaſon in l.ſciendum,colum.8.uerſi.octauò tamen facit,D.de uerbo.oblig.ubi eam glo.dicit ſingu. & communiter approbatam.

Et

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Et quanquam plerique ex ſupradictis* loquuntur *de* triginta uel quadraginta annis: alii ſimpliciter de diuturna ſolutione, ſiue de longo tempore, ſiue alia certi temporis præfinitione: multi tamen expreſſe tenent in hoc caſu ſufficere ſolutionem decem annorum, uidelicet Spe*cu.tit.de feu*.§.quoniam,verſi.tertiò quæritur,in fi.et iterum §.ult.verſi.cæterum ſi homo meus,in fi.Bal.in l.1.colum.3.verſi.pone,quidam ſoluit eccleſiæ,C.de fideicom. per tex.in dicta l.litibus,et idem Bal.in l.1.colum.2.in 4. quæſt.et iterum colum.3.uerſ.et nota quod ille,D.de rerum diuiſio.et in dicta l.ſi certis annis,colum.3.uerſic.et iſta ſunt multum notanda, dum allegat dictam l. cum de in rem verſo, et ibi expreſſius Iaſon colum.3.uerſi. quartò facit.Ioan.Fab.in §.ſeruitus,col.pen.verſic. ſed an per curſum,Inſtitu. de iure perſonarum,vbi tamen dicit hoc procedere,cùm titulus allegatur, iuxta dictam l. cùm de in rem verſo,Anto.in repetitione cap.peruenit,in vndecima charta,ſecundùm nos eſt dubium de duobus,et iterum in 94.col.de cenſib. vbi ad hoc allegat tex in c.1.tit. de conſuetu.recti.feud et in c.1.quomodo olim feud.pot. aliena.Pau.Caſt.loquens,et in emphyteuſi eccleſiaſtica, in l.ſicuti §.ſed ſi quæritur,D.ſi ſerui.vend.Pan.con.74. ciues quidam Senenſes,ſtatim poſt princ.lib.1.Alex.conſi.113.viſo et diligenter conſiderato,col.vlt.lib.4.et conſi.50.in cauſa et lite,col.vlt.lib.5.et conſi.124. conſideratis his,col.1.verſi.et præſupponitur,eodem lib.5.Philippus Decius in c.bonæ,col.7.verſi.contra ipſum vero ſoluentem,de appell.vbi refert ita conſuluiſſe,vt etiam conſuluit conſi.46.cuius ſuperſcriptio incipit, dubia de quibus,col.2.verſi.et cum pro tali vinea. Tu autem hic omnino vide Bal.conſi.116.Columbinus dedit, lib.1.Iaſ. de iure emphy.fol.177.col.2.verſi. in ea glo.in fi.

Decimoseptimo, huc pertinet quod ſcribit Innoc. non tam Papatu inſignis quàm iuris peritia, in c. *ſuper his*,col.3.*de accuſatio.* quod licet, quando contra electum proponitur quòd nõ eſt ſacris initiatus,aut ſi ſit,

tamen

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tamen ordines aſſumpſit ab alieno ſine literis dimiſſoriis ſui epiſcopi, incumbit illi onus probandi ſe fuiſſe ordinatũ uel dimiſſum à ſuo epiſcopo, cùm iura canonica proclament neceſſarias eſſe literas. lxxii. diſtinctone, per totum, & cap. legum. 2. quæſt. i. Limitat tamen niſi tanta eſſet præſumptio pro ordinato, quod onus probandi trãſferret in aduerſarium: putat, quia multo tempore in ordine deſeruiſſet. Quod dictum ſequuntur plerique omnes ibi, inter quos Felin. col. ix. verſicu. ſexta & vltima concluſio. Innocen. in c. innotuit. & ibi quoque Hoſtien. Anto. colu. 3. & Panormit. in fin. de eo qui fur. ord. ſuſcepit. Hoſt. & Cardi. Florent. in cap. 2. de cleric. pereg. Baldus in ſua Margarita, in verbo, præſumptio. & in cap. dudum. le i. colu. vlti. de electio. Domini à Rot. deciſio. lxxxiiii. nota quòd vbi cõtra aliquem, in antiq. & deciſio cclxiiii. nota quòd talis eſt opinio, Panormita. in c. fraternitatis. de clericis non reſidem. & in cap. ſicut. colu. 3. & ibi Felynus colum. xvi. de re iudica. Anto. in c. inter quatuor, de cleri. pregr. & cap. peruenit. de emptio. & vend. tio. Roma. in l. in illa colum. 12. D. de verborum obligat. vbi hoc dictum facit ſingul. & conſil. 1. colu. v. lib 4. Alexan. conſil. cxix. ponderatis. colum. penulti. lib. vi.

*Literæ dimiſſoriæ neceſſariæ de iure Canonico.*

*Propter lõgum tempus transfertur onus probandi in aduerſarium.*

Decimooctavo, huc ſpectat quod dicit Innocen. in c. ii. in gloſſ. per manachos, & ibi Ioan Andre. colum. 3. & Imol. extrà de in integrum reſtitu. quòd licèt quis præſcribendò contra ius commune, videatur eſſe in mala fide: tamen ex diuturnitate temporis purgatur illa mala fides, id eſt, ex longo tempore tollitur præſumptio malæ fidei, per textũ in l. 3. §. ſi ſeruis, de acquiren. poſſ. qui tamẽ non videtur id probare, cùm loquatur de poſſeſſione libertatis, quæ habet præſumptionẽ iuris pro ſe. Et idem voluit Archidiac. in c. 1. de præſcriptio. lib. 6. Ioan. Andr. in additionib. Specula. §. nunc videndum. in prima additione magna, colum. 3. Barto. in l. vltima, in fin. & ibi Salicet. C. unde vi, & in l. Celſus. D. de vſuc. & in. l. penulti. & ibi Angel. C. quib. non obſt. long. tẽpo. præſcri.

*Præſcribens contra ius cõmune, videtur eſſe malæ fidei.*

*Præſumptio malæ fidei ex lõgo tẽpore tollitur.*

*Libertatis poſſeſſio præſumptione iuris utitur.*

*Ordinatus ab alieno epiſcopo probet dimiſſionem.*

Bald.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Bald.in l.ſiquis diuturno, in 2.lectu. colum. 1.uerſicu. ſed nunquid, D.de ſerui.uendi. & in repetitio.c.i. & in rub. extra de præſcriptionib.colum.3.uerſicu.item præſumitur,& conſilio 20. ſuper primo puncto, colum.2.libro 5. Angel.in l.ſuper,C.de præſcriptio.longi temp. et in l.penult.C.quibus non obſt.long.temp.præſcrip.et in l.eum qui,§.ultimo,D.de publ. Ant.in cap.ſæpe, de reſtitutio. ſpolia.et in cap.cum eccleſia,colum.vltima,de cauſa poſ ſeſſ.et propriet.et in repetitio.cap.peruenit, de cenſib.et in cap.conſultationibus, et ibi Panormita. de iure patro. et in cap.ſi diligenti,et ibi quoque per Dom.de Vbal. colum.5.Anto.in c.ſæpe,de reſtitu.ſpolia Panormit.conſilio.89.in quæſtione quæ ad præſens,colum.3.lib.1.et iterum conſilio 2.in cauſa quæ uertitur, uerſi. ad hæc enim reſponderi poteſt,libro 1.Roma.conſi.47. cum præſupponatur, Alexan.conſi.6.viſo themate,poſt princip.lib.1. et conſi.69.circa primum dubium,colum.1. eodem lib.1. et conſi.61.videretur prima conſideratione, poſt princi. eodem libro 1.et conſ.110.uiſis acutiſſimis,colum.3.uer ſicu.ſextò per præſcriptionem,eodem lib.i.et conſi.142. conſideratis diligenter,in princi.lib.i.vbi loquitur de decennio,et conſi.151.uiſo themate,colum.2.libro 2.et con ſilio 21.uiſo et diſcuſſo,colum.2.verſicu. et dato quòd aliquis,lib.2.et conſi.16 in cauſa et lite uertente, colum.9. uerſicu.quinimo fortius,lib.5.et conſ.24.ponderatis his, colum.penul.uerſic.præterea præſupponitur, eodem libro 5.et conſi.69.circa primum dubium, colum.1.eodem libro 5.vbi et de eodem tempore aſſerit,et conſi.46. uiſo et optime diſcuſſo,colum.2.uerſic.et licet non appareat, libr.6.et conſi.303.perfectis his quæ in themate, colum. 3.in fin.lib.6.et conſi.238.ponderatis his, colum.1.lib.7. et conſi.24.circa proceſſum, in fin.eodem libro ſeptimo, Lanfran.in repetitio.cap.quoniam contra falſam,in materia teſtium,verſi.conſequenter eſt uidendum,extrà de probationib.Corne.conſilio 18.viſa petitione,colum.ult. libro primo,et conſi 118.multa eſſent, colum.quarta, libro ſecundo, et conſilio 119. circa primum, colum.9. in

prin.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

princip. verſicu. facit etiam, eodem lib. ii. & conſi. cxxvii. primo aſpectu. colum. ix. verſicu. nam qui longiſſimo, eodem libr. ii. & conſi. cxxvi. licèt ſatis claram, colum. prima. & iterum vltima. eodem libr. ii. & conſil. ccci. in præſenti conſultatione. col. ii. verſicu. dominium autem. libro tertio. & conſil. ccxxxix. in hac conſultatione, col. i. libr. quarto. & conſi. cclxxvii. ad euidentiam. col. penultima. eodem libro quarto. Franciſ. Aret. cõſilio lxiii. in præſenti conſultatione, col. vltima. & conſilio cii. in cauſa & quæſtione, col. pennlti. vbi hoc limitat, & conſilio cx. conſideratis diligenter, circa mediũ, & cõſilio cliiii. conſultatio propoſita. in fin. Barba. in l. iiii. §. Cato col. x. D. de verborum obligatio. & conſilio 50. col. xi. illud adferam, col. x. lib. i. vbi & hoc dicit ſingulare, & cõſil. lv. clementiſſimum, colu. iii. libro quarto. vbi hoc dicit mirabile. Socinus conſilio xxxviii. in cauſa dominorum, colum. ſecunda. libr. tertio. & conſilio xxxiii. viſo teſtamento, colum. ſecunda. verſicu, quia poſſedit. lib. quarto Franciſcus Curt. ſenior, conſil. lxxii. principes defſunctus, colum. vl. & conſilio lxxxiii. diuus Pius columna ſecunda. Iaſon in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. col. ſecunda. D. de acquiren. poſſeſſ. Philippus Decius conſil. cclxvi. ad excluſionem, col. vltima, & conſilio ſequen. non excidit, colum. penultima, & conſilio ccclxxv. iuridicam eſſe arbitror, in fin. Et bene facit text. in cap cùm eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. Adiiciendum eſt tamen, quòd qui dicunt purgari malam fidem ex diuturnitate temporis, nuncupitatim loquuntnr de longiſſima poſſeſſione triginta annorum.

*Longiſſimum tempus conſideratur in purgãda mala ſide.*

DECIMONONO, ſupradictis reſpondet, quod memoriç prodidit Archidiaco, ille Canonicorum decretorum interpres celeberrimus, in cap. nemo eccleſiam, de cõſecratione, diſtinctione prima, quòd ſi eccleſia diu fuerit in forma eccleſiæ, & in ea fuerit publicè celebratum, præſumitur ædificat authoritate epiſcop. Refert & ſequitur Petrus Peruſ. Bal. frater. in tra. quartæ canonicæ

*Epiſcopi authoritas uarÿs cauſis præſumitur.*

charta

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

charta decima,verſi.ſecundò incidenter quæritur, Imo. in dicta l.qui in aliena,D.de acquirenda hæredita.Cardin.in cap.requiſiſti,et ibi Barba.colum.22.de teſtamen. Romanus in d.l.ſciendum, colum.15.et ibi Barb.colum. 26.verſic.et adduco quod voluit,D. de verborum obligatio.Barbat.in cap.licet Hely.de ſimonia, et in repetitio.rubri.de fide inſtrument.charta penult.colum.ſecunda , vbi hoc dictum dicit ſingul.et in repetitio. rubri. C. qui admittan.ad bonorum poſſeſſ.colum.tertia, in prin. et conſilio 35.ſapienter ſcribitur,colum.7. libro 2.vbi et hoc dicit ſingul.et in dicto conſilio primo,ad reuerendiſſimum,colum.5. lib. 4.vbi et ad hoc allegat gloſſ. in clement.quia contingit,in verbo,altare, de religioſis domibus,et inter conſilia Alexandri,conſilio 135.clementiſſimi Dei,colum.6.verſic.et adduco quod voluit,lib.4.Socinus conſil.270.conſideratis his,colum.3.verſi. confirmatur,libro 2. Iaſon in dicta l.ſi certis anni,colum.penul. verſi.quintò facit,C de pactis, et in l.i.colum.5.verſicu. et ſic habes ſignanter, et ibi etiam Philippus Dec. colu. 3.verſic.ex gloſſa,et ſupradictis,D. qui admittan.ad bonorum poſſeſſ.Felynus in cap. Albericus, colum.2.de teſtibus,et in cap.illud,colum.3.uerſic.et pro iſtis,de præſumptionib.et in cap.ſicut, colum.16.uerſicu. ſimile eſt, de re iudic.et in cap.de quarta,de præſcriptio.Philippus Decius conſi.135.ad iuſtificationem,poſt princip.et conſi.152.in cauſa exemptionis , colum.2.ad fi. et Franciſc. Balb.in tractatu præſcriptionū, decima parte tertiæ partis,in 12.quæſtione,Caue tamen,Lector optime,nam licet hoc dictum ſit uerum, Archidia.tamen,cui aſſignatur, non hoc dicit, ſed illud tantum, quòd ſi locus ſit in forma eccleſiæ,ita quòd ibi publice celebratur per ſacerdotes,præſumitur authoritas epiſcopi interueniſſe , per ea quæ ibi allegat,nec aliquid dicit de tempore.Et ita illum ſimpliciter allegat,Calder.conſi.4. titulo de religioſis domibus,et Fede.Sen.conſi.130.factum eſt tale,quidam domus,et Rom.ſing.323.tu Senenſis, ubi hoc dicit ſing.et iterū conſ.477.in caſu propoſitæ conſultationis,
colum.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

col. 2. vbi hoc dicit notab. & Paul. Citad. in ſuo tractatu, de Iure patro. in tertia parte, in prima cauſa acquirendi ius patronatus, in 31. q. & ipſe Alex. conſi. 219. ponderatis his, col. 4. verſi. accedit id libro ſexto.

VIGESIMO, non hinc longiùs abeſt, quod ſcripſit fons ille & tuba iuris Canonici, Ioan. And. vt optimo iure à Baldo vocatur, in conſi. 126. in fi. lib. 1. Quòd licet nullum temporis ſpatium inducat vnionem, ſecundum Hoſtien. in c. quia nonnulli, de clericis non reſiden. & in Summa de ſupplenda negligen. præla. colum. 1. tamen ſi fuerint eccleſiæ diu poſſeſſæ, vt vnitæ, probata eſt vnio præſumptiuè. Ita notab. licet inuolutè, decidit ipſe Io. And. in c. qui contra iura, in fi. verſic. hoc ſcias, de reg. iuris, lib. 6. & idem voluit Old. ipſius præceptor, quem tamen non allegat, conſi. 296. de iure dominii, & Car. Flo. ſua ipſius authoritate cõtentus, in cle. 1. in prin. in 20. q. de ſupplenda neglig. præla. Petrus Anch. qui etiam illorum non meminit, conſi. 162. in quæſtione eccleſiæ, in fi. Panor. in cap. cura. in ſecundo notab. de iure patron. vbi nullum horum aduocat, & conſi. 38. in quæſtione, quæ ad præſens vertitur, col. 1. in fi. lib. 2. & iterum conſ. 106. Chriſti, &c. lib. 2. quibus locis ſolum Io. And. citat, Alexan. conſi. 70 in cauſa vertente, col. 1. verſi. fortius dixit, libro 3. Fely. in c. cauſam, col. 2. verſ. limito dupliciter, de præſcriptio. & in c. ex parte, poſt prin. de teſtibus, vbi dicit, ita conſulendo obtinuiſſe.

*Nullum temporis ſpatium inducit unionem.*

VIGESIMOPRIMO, non tantum vnio ex diuturnitate tempori præſumitur, ſed & ea præſumitur fuiſſe facta de conſenſu epiſcopi & capituli, qui requirebatur, & vocatis his, qui vocari debebant, vt per multa notab. voluit Alex. conſi. 210, ponderatis his, quæ in themate præmiſſo narrantur, col. 3. verſi. corroborãtur prædicta, lib. 6. & Philippus Decius conſi. 419. viſo conſilio, columna 1. & ante hos Roma. cuius Alexand. non meminit, conſilio 270. quo ad primum dictum adijciam.

*Vnio non tantùm præſumitur temporis diuturnitate, ſed et conſenſu epiſcopi et capituli.*

Nam

*Apocha priuata, nullo adminiculo ſuffulta, nihil probat, ſecus ex diuturnitate.*

Nam licèt apocha priuata nullo adminiculo teſtiũ ſubſcriptionis,vel comparationis literarũ ſuffulta nihil penitus probet,vt per docto. latè in l.admonẽdi. C. de iureiu.Tamen propter diuturnitatem temporis facit præſumptionem,& ſemiplenam probationem,vt ſingul.voluit ipſe Ioan Andr.poſt Nicol.Matth.in additio.Spec. titu.de inſtru.edit.§.nunc videndnm. verſi.quid ſi producens.Et ſequitur Anto. in c. ii.col. iiii. verſicu,tertius caſus,quando ſcriptura nullo modo approbatur de fi. inſtrumen.& Iaſon qui hoc reputat ſing.in repeti.dictæ l.admonendi.colu.xliii.verſicu. vltimo inquantum vult Barto.& iterum colu.lxxxvii.verſicu. vltimò in hac materia,& in lectura eiuſdem colum.xvi.verſicu.vltimò in quantum Bartol. concludit.

*Præſumptio autoritatis epiſcopi ex diuturnitate temporis.*

VIGESIMOSECVNDO, non intempeſtiue ſubiiciemus, quod notab. conſuluit Ioan.Andr.diſcipulus,Feder.Senenſ.excellentiſſimus decretorum doctor vocatus,Panormita.conſil.xxxvii. tria ad claram deciſionem,colu. ii.lib.i. Is enim eodem conſilio ſcribit, quòd ſi quiſpiam vxore conſentiente & perpetuam continentiam promittente religionem intrauerit,profeſſionemque fecerit,in qua longo tempore perſtiterit, præſumitur autoritate epiſcopi vel eius vicarii intraſſe,quæ debet interuenire, iuxat c.ſignificauit.de conuerſ. coniugat.aliaq; in eam rem interueniſſe. & eum ſequitur Felynus in dicto cap. ſicut.in tertia fallen. de re iudica.

*Iuramẽtum nõ præſumitur præſtitum à teſte,niſi diuturnitate tẽporis.*

VIGESIMOTERTIO vt aliquid etiam ex legum interpretibus adferamus, atque à Bart.eorum principe, auſpicemur.Quanquam in dubio iuramentum non præſumatur præſtitũ à teſte,ex doctrina Panormi.in c.tuas. in fin. de teſtibus tamen ob diuturnitatem temporis præſumetur,vt notab.uoluit BART. in l.admonendi.colu.viii. verſicu.quid ſi reperiuntur dicta teſtium. D.de iureiur. Sequitur & reputat ſingu. Iaſon ibi,in repetitio.col.85. verſicu.ultimò in hac materia. D.de iureiuran.Et ſequi etiam

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

etiam uidetur Bald. cuius non meminit Iaſ. in c. i. titu. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agna. dũ allegat Bart. in dicta l. admonendi. vbi dicit, quod multum præſumitur pro factis antiquis. *Multum præſumitur pro factis antiquis.*

VIGESIMOQVARTO, facit quod ſcribit idem Bart. inter conſilia Baldi, conſi. 400. in epiſcopi &c. ſuper primo puncto, col. 2. lib. 4. quod inſtrumentum defectiuum, ita etiam appellat cum curſu diuturni temporis facta eorũ obſeruatione, quæ in eo continentur, plene probat, per dictam l. qui in aliena, D. de acquirenda hæreditate. & l. ſi filiusf. C. de petitione hæreditatis. & dicta l. cum de in rem verſo, D. de vſuris. & l. ſi ſeruitutes ruſticorum, D. de ſeruitutib. & l. j. §. vltimo, D. de aqua pluuia arcenda. & alia multa quæ illic allegat Felynus in dicto cap. ſicut, col. 18. verſic. ſeptimo & vltimo declara, de re iudicata, vbi copioſe admodum hoc ipſum declarat, licet nullam Barto. in dicto conſilio faciat mentionem. *Inſtrumentũ defectuum plene probat, et quando.*

VIGESIMOQVINTO, ad Baldum nunc videbimus, qui vbique tam copioſus eſt, vt ſolus cæteros omnes copia vincere, aut certe ęquare videtur. Et vt à generalioribus eius in eam rem ſententijs incipiam, is conſilio 433. ſicut hactenus obſeruatum eſt, in fine, libro j. non minus ſcite, quàm decenter. Tempus (ait) pro veritate eſt, per nota. in l j. C. de ſeruitut. quod & idem dicit in l. j. col. 3. verſiculo, item gloſſa dicit alibi. C. de fideicommiſſ. & in l. de quibus. columna decima, verſiculo, alii dicunt, D. de legibus. & in cap. vigilanti. paulo poſt medium. in verſicu. item plus creditur, de præſcriptionibus. Cuius ſententiæ dictum, licet auguſtum ſit, & breui periodo concluſum, tamen interpretatio (quod de legibus dicit Seneca) lata eſt admodum atque diffuſa, & ex illis antiquæ poeſis ſecretariis depromenda. Quidam enim veterum poetarũ, vt author eſt Gellius lib. 12. cap. 11. veritatem eſſe filiam temporis dicebat, quòd ea, licet aliquando lateat, proceſſu tamen temporis ex latebris, atque ex tenebris tãdem *Tempus pro veritate eſt.* *Veritas filia temporis.*

D erum

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

erumpit. Id quod Romani illi veteres, vt erant rerũ omnium certiſſimi exploratores, non ignorabant, cum Saturno aperto capite ſacra facerent, ea potiſſimum ratione, vt à Plutarcho ſcriptorum eſt in Problem. Romanorum c. 11. quoniã veritas, & ſi plerunque tecta ſit, atq; incognita, tempore tamen detegatur atque palã fiat. Veritatis enim parentem & deum Saturnum exiſtimabant, quem & ipſum tempus eſſe dicebãt, quoniã ſcilicet tempus veritatẽ pariat. Nam quemadmodum Græco nomine Saturnus κρόνος dicit̃, ita & vna litera immutata, aut ipſa potius aſpirata χρόνος tempus appellatur. Saturnus autẽ Latinis dicitur, quòd ſaturetur annis, ſicut ſcribunt Cicero de natura deorũ, *Lactãtius lib. 1. c. 12. Macrobius* lib. 1. Saturnal. vt proinde intelligamus Saturnũ eſſe temporis longitudinẽ, vt etiã dicit Auguſt. de Ciuitate Dei, lib. 4. c. 10. Hinc ſane leges legumq; conſulti, qui & hoc probe nouerant, ea quidẽ tali præſumi atq; exiſtimari, ſanxerunt qualia in eodem ſtatu diurius conſtanterque perſtituerunt, quoniam ſcilicet tempus, quòd omnia reuelet, vt ſcribit Tertullianus in apolog. c. 3. nihil omniũ rerum longius progredi patiatur incognitum, atque occultum. Idcirco Sophocles poetarum prudentiſſimus,

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν ὡς ἅπανθ' ὁρῶν,
Καὶ πάνθ' ἀκούων πάνθ' ἀναπτύσσει χρόνος.

*Nihil occultum, quando cuncta tuens,*
*Et cuncta audiens omnia reuelabit tempus.*

Quos uerſus ſemper in ore eſſe habendos dicebat Peregrinus philoſoph. apud Gell. quo loco nuper citauimus. Sed & idem Sophocles in Aiace flagellifero:

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κ' ἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

Cuncta pariter immenſus ordo temporum
Occulta prodit, & idem prodita occulit.

In quã etiã ſentẽtiã fertur Grȩcus Menãdri ſenarius vice prouerbii celebratus, & alter eiuſdẽ huic nõ abſimilis.

Πάνθ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. id eſt,

*Omnia detegens tempus ad lucem refert.*

Ἄγει γὰρ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος, id eſt,

*Romani rerum omnium exploratores.*

*Cur Romani Saturno aperto capite ſacra facie bant, Veritas tẽpore detegitur.*

*Veritatis parẽs et deus Saturnus, idem et ipsũ tempus dicitur.*

*Saturnus Græcis χρόνος dictus.*

*Saturnus unde Latinis dictus.*

*Saturnus temporis longitudo.*

*Tempus omnia reuelat.*

*Tempus omniũ rerum longius.*

*Cuncta uidet et audit tempus.*

*Tempus cuncta occulta prodit, et prodita occultat.*

*Tempus omnia detegit.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Ducit autem ad lucem, ueritatem tempus.*

*Lux ueritas.*

Cui concinit Seneca lib.2. de ira. Quædam (inquit) falſa veri ſpeciem ferunt, dandum ſemper eſt tẽpus, veritatem enim dies aperit. Thales dicere ſolebat, ſi Laertio credimus, *τὸν χρόνον σοφώταρον ἁπάντων, ἀνευρίσκειν γὰρ τὰ πάντα*, id eſt, Tempus eſſe ſapientiſſimum rerum omnium, quòd cuncta reperiat. Quod dictum & Symonidi poetæ aſſignauit Ariſtoteles libro quarto Phyſicorum. Hocq; etiam ſenſiſſe videtur Pericles apud Plutarchum in vita ipſius, ſapientiſſimum datorem conſiliorum tempus dictitans. Et Pindarus, cum dicit in Olympiacis,

*Veritatem dies aperit.*

*Thaletis dictũ.*

*Tempus omniũ rerum ſapientiſſimum.*

*Sapientiſsimus conſiliorum dator tempus.*

*ἡμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.* id eſt,

Dies poſteri teſtes ſapientiſſimi. Idem alibi tempus omnium rerum parentẽ appellat, quòd ſcilicet omnia producat, manifeſtet, detegat. Quod & ſignificare voluit iuuenis ille apud Eſdram cap. tertio, cũ dicit. Super omnia vincit veritas. Quod & repetitur in cap. cõſuetudo. octaua diſtinctio, & iterum c. ſequen. veritas fortior præ omnib. Sed & diuus Chryſoſtomus in quadã homilia, quã de laudibus Pauli conſcripſit. Talis eſt, inquit, cõditio falſitatis, vel erroris, vt etiam nullo ſibi reſiſtẽte cõſeneſcat, ac defluat. Talis autẽ è diuerſo veritatis ſtatus, vt etiam multis impugnantib. ſuſcitetur ac creſcat. Nec hinc abeſſe poteſt Lucretianũ illud lib. 5. de rerũ natura:

*Dies poſteri, teſtes ſapientiſsimi.*

*Tempus omniũ rerum parens.*

*Veritatis uis.*

*Erroris cõditio.*

*Veritatis ſtatus, qualis:*

*Nec facile eſt placidam ac pacatam degere uitam,*
*Qui uiolat factis communia fœdera pacis.*
*Et ſi fallit enim diuum genus humanumq;,*
*Perpetuo tamen id fore clam, diffidere debet.*
*Quippe ubi ſe multi per ſomnia ſæpe loquentes,*
*Aut morbo delirantes προγράψαι feruntur,*
*Et celata diu in medium peccata dediſſe.*

*Violator pacis.*

Et cõcinit illud Senecæ ſtatim circa initia libri j. de Clementia ficta. Quibus pietas ſubeſt, quęque, vt ita dicã, ex ſolido enaſcuntur, in maius meliusq; procedũt. Sed quid tot teſtes producimus? cũ & veritas ipſa, id eſt Chriſtus, cuius vnius teſtimonium inſtar omnium eſt, huius ſentẽtię aſſertor fuerit, inquiẽs Matth. decimo, Nihil eſt oper

*Pij in maius meliusq; procedũt.*

*Chriſtus ipſa ueritas.*

*Reuelãtur operta.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur. Quod & non admodum diuerſis verbis ſcribitur Marci quarto, & Lucæ octauo. Cui & accedit text in §. ſin autem, de teſt. ibi, Deo huiuſmodi omnino non indulgente occultari. Quo in loco Accurſius not. nihil tam eſſe ſecretum, quin reueletur. Et, vt ait Euripides, Nullũ mendacium ſeneſcit, vel ad ſenectutem temporis peruenit. Ioſephus autem aduerſus Appionem lib 2. cap. 10. Longinquitas, ait temporis veriſſima eſſe creditur probatio. Igitur, vt tandẽ concludamus, cum nihil diutius celari poſſit, quin tẽporis diuturnitate manifeſtatur, non mirũ cuiquam videri debet, ſi id pro vero ac comperto habeamus, quod ipſa temporis diuturnitas in eodem ſtatu permanere paſſa, eſt alioquin non paſſura, ſi huiuſmodi non eſſet, quale iã diutius apparuit. Et vt ſpeciatim de noſtra conſuetudine loquamur, non præſumendum eſt tempus veritatis parentem, & quod pro ipſa veritate eſt Baldi teſtimonio, permiſiſſe decem continuis annis quampiã nõ ipſum quidem dominum rem aliquam poſſediſſe, tanquam dominum præſente vero domino, quin aliquo pacto detexiſſet illum non eſſe talem, qualem ſe gerebat.

*Mendacium nullum ſeneſcit.*

*Longinquitas tẽporis, ueriſsima probatio.*

*præſumendum eſt pro tempore.*

VIGESIMOSEXTO, huic Baldi dicto confine eſt & eiuſdem aliud, quod adſcripſit conſi. 84. res prohibitæ alienari, in fin. lib. j. Longa (inquit) & tenax populi memoria pro veritate habetur, colum. 2. in princip. D. de aqua pluuia arcen. l. ſi arbitrer, D. de probat. l. cum quidam. §. vltimo, & l. quòd ſi dubitet. D. de acquiren. hæred. & cap. quid per nouale. de verborum ſignificatio. Quibus iuribus multa ex temporis diuturnitate diiudicãtur. Ex quo videri poteſt Bald. hic longam & tenacem populi memoriam pro temporis diuturnitate appoſuiſſe. Quibus concinit & illud Ouidianum libr. j. Metamorphoſeos.

*—Quis hoc credat, niſi ſit pro teſte uetuſtas.*

*Longa et tenax populi memoria pro ueritate habetur.*

VIGESIMOSEPTIMO, accedit, vt & idem Baldus ſcribit in l. prima, colum. tertia. verſicu. pone, quòd qui geſ-



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ſit ſe pro notario, præſumatur notarius. Quod dictum ſimpliciter retulit Iaſon in l. ſi certis annis. columna tertia. varſiculo, octauo facit, C. de pactis. & in §. præiudiciales, colum. penult. verſicu. & an ſi aliquis. Inſti. de actio. Et facit ſingul. idem Iaſon in l. Barbarius, colum. 4. verſi. quarto limita, D. de officio præto. Sed & idem ferme ſentit ipſe Baldus in l. 2. colum. 2. in princip. C. de ſenten. & interlocu. & expreſſe Floren. in dicta l. cum de in rem verſo. colum. j. D. de vſuris.

*Notarius an præſumatur, qui ſe pro tali geſſit.*

Contrarium tamen tenuiſſe videtur ipſe Baldus in l. i. in 7. quæſtio. C. de teſta. ordi. & aperte tenuit Ioan. Andre. in additio. Specul. titul. de inſtrumen. edit. §. reſtat, verſicu. & ſcias quòd tabellionatus officium, & Petrus Anchara. conſi. 213. pro iſto patre inſtituto, verſi c. confirmat. Sed tu hic vide Fely. in cap. ſi ſcripturam, colum. 6. de fide inſtru. & Philipp. Dec. conſ. 42. in primo dubio, & per omnes in dicta l. Barbarius.

VIGESIMOOCTAVO, huius claſſis eſt, & quod idem Bald. memoriæ prodidit conſi. 52. quæritur qui intelligātur, col. vlti. verſic. quæritur vlterius, lib. i. & licet verba enunciatiua non probent iuribus vulgaris, tamē propter temporis diuturnitatē fidem faciunt. Ad quod citat Cy. alicubi in titu. C. de probationibus corrupte, vt opinor, cum nuſquam in eo titulo iſtud dixerit. Idem quoque voluerunt ipſe Bald. Alberic. Salice. Paulus Caſtr. & cæteri recentiores in l. cum aliquis, C. de iure deliberand. vbi loquuntur de confinibus appoſitis in inſtrumētis. idque reputant ſingu. Alexan. & Iaſon ibi. idem Bal. conſi. 286. thema proponitur, col. i. & 2. lib. 2. & 161. proponitur quod, colum. vlti. libr. tertio. Anto. in cap. cum olim, de cenſibus. Anto. in cap. vlti. de ſucceſ. ab inteſta. & in clemen. i. de probationibus, & in clemen. ſi ſummis, de ſenten. excommunic. Panormit. conſil. 54. caſus talis eſt. quidam Iacobus. colum. 2. lib. i. & conſilio 62. in controuerſia, colum. 6. verſicul. in contrariam partem, libro 2.

*Verba enunciatiua nō probāt, niſi ob temporis diuturnitatem.*

D 3 Domi.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Domi.in cap.ſi Papa,in princip.colum.3.de priuileg.lib. 6. Floria.in l.in finalibus,D.finium regundorum. Paulus Caſtren.conſi.202.in cauſa confinium, colum.penul. in ſecunda lectura,libro i.Marti.Laud.in cap.i.col.4. verſicu.titu.qui feuda dare poſſ. Alexand. conſit.6.viſo themate,colum.vltima,libro j.& conſil.12.viſo proceſſu,colum.vltima, libro 4.& conſil.75. viſis & ponderatis, colum.2.eodem libro quarto, & late conſi.19.in cauſa & lite vertẽte,per totum,lib.6 Maria.in cap.cum cauſam, & ibi Felyn col.2. qui hoc late declarat, de probatio. Barbat.in l.ſecundum,colum.19.D.de verborum obligat.& late conſi.6. ſapienter ſcribitur,fere per totum, lib.2.& conſil.18.præclare ſcribitur, colum.17. lib.2. & conſilio 64.illud in medium referam, colum. 6. lib.3. & conſilio 51.clementiſſimum Deum,colum.2. libr.4. Socinus conſil.86.in cauſa communitatis, colum.j. libro j. & conſil. 270.conſideratis his,colum.3.verſicu. comprobo hanc, Iaſon in l.ex his verbis,colum.2. in quarta limitatione, C.de teſtamen.milita.& in repetitio.l. admonendi, col. 87.D.de iureiurand.Philipp.Dec. conſil.13.cuius ſuper ſcriptio incipit,an appellatione,colum.2.verſic.nec videtur obſtare,& iterum colum.2.verſicu.nec obſtat,ſi dicatur,vbi reperies quod tempus hoc caſu requiritur, & cõſilio 36.exemplum inſtrumenti, colum.4.verſicu. tertio pro reſponſione, & conſil 42.in quarto dubio, in fine, & iterum in quinto,& conſil.152.in cauſa exemptionis,colum.2.verſicu.& prædicta maxime,& conſil.99.viſis & diligenter conſideratis, & conſilio 428. viſo conſilio, columna ſecunba.

*Enũciatiuis uerbis ſtatur ob diuturnitatẽ ſi enũtient actum impoßibilem:*

Idque adeo verum eſt,vt ſcilicet ſtetur verſis enuntiatiuis propter diuturnitatẽ temporis, ut procedat, etiã ſi enuntient actum,qui interuenire nõ potuit tempore confecti inſtrumenti,At ſingulariter voluit Barba.dicto conſilio 18.nuper allegato, colum.6.lib.2. authoritate Bartoli in authen.ſi quis in aliquo.C.de.edend. & in dicta l. ſciendum,D.de verborum obliga.quibus in locis id ſane non dicit Bart.Ideo cum Barbat.deſit authoritas,cui inniteba-

nitebatur. an eius dictum ſequendum ſit, alii uiderent. Ego autem ne prætermittam quid de Barb. ſententiam, illud affirmare audeo, cum quidem, ſi ingenio tēperaſſet, cui plus nimio indulſit, inter doctiſſimos iuris interpretes fuiſſe annumerandū, vtpote qui fuit & ſingularis memoriæ, & excellentis ingenii, cum paucis admodū id datum ſit, vt vtroque valeant & memoria & ingenio. Et vt ſcribit Hieronymus in primo aduerſus Pelagium dialogo, illum ingenioſum, ſed obliuioſum, hinc memorem, ſed tardi vidimus ingenii. Cæterum Barba. ſtudio impugnandi communes opiniones ſæpiſsime delirauit, vt aſſeris Felyn. in c. cæterum, colum. 8. de reſcrip.

VIGESIMONONO, non hoc tantuum caſu, ſed & alias ſemper propter diuturnitatem temporis leuior probatio admittitur, vt videre licet ex his quæ not. Bartol. in l. ſi quidem, C. ſoluto matrimo. & in l. de minore. § tormēta. in 2. quæſtio. D. de quæſtionibus, & in l. continuus. §. cū ita, D. de verborum obligat. & in l. 2. §. ſed ſi dubitetur. D. quemadmodum teſta. aper. Anto. & alii in c. veniens. le i. de teſtibus. & in c. in præſentia. de ſponſal. Imol. in c. cum cauſam, & ibi late decidit, colum. i. de probationibus, & idem decidit conſil. 42.

*Leuior ſic probatio ob diuturnitatem temporis.*

*Tituli præſumptio ex diuturnitate temporis cōtra ius commune.*

TRIGESIMO, vt ad Baldum redeamus, is conſil. 311. præmittendum eſt ad euidentiam, lib. i. in ea fuit ſententia, vt etiam in his, quæ ſunt contra ius commune, inducatur præſumptio tituli ex diuturnitate temporis. Nam quanuis (inquit) priuilegia principiū non poſsint ſine titulo poſsideri, per c. ad decimas, de reſtitutio. ſpolia. quoniam, cum priuilegia ſint contra ius cōmune, eſſe implicare contradictoria, quòd vbi non eſt priuilegium, ibi ſit poſſeſsio ſine titulo, pro ſuo, qui titulus requirit bonā fidē ſine obice contradictionis iuris, & de iure. l. ſi ancilla. D. pro ſuo. Tamē ex diuturna poſſeſsione præſumitur in hoc caſu titulus, pro ſuo. quia quod tēpore eſt poſſeſsū, præſumitur habere principis voluntatē. argumen. d. l. ſi filiusfa-

*Principum priuilegia non poſſunt poſsideri ſine titulo.*

*Priuilegia ſunt contra ius commune introducta.*

*Titulus, pro ſuo requirit bonam fidem.*

*Quod tempore eſt poſſeſſum*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*præſumitur prĩcipis habere uoluntatem.*

filiusfamilias,C.de petitione hæreditatis,& not.in cap.i. de regulis iuris,lib.6.& per Cynum in l.emancipatione. C. de fide inſtrument. hæc ille. Cui omnino adde quod ſupra diſſeruimus titu.i.§.3.in gloſſa 2.

*Mandatum ex longo temporis ſpatio præſumitur.*

Trigesimoprimo, quod ab eodem Bal.traditum eſt conſi.287.in primis videndum eſt,col.pen.verſi. quo ad ſecundum,lib.3.quòd ex diuturnitate temporis mandatum interueniſſe præſumitur.Id quod lõge lateq; ſequitur,& probat in mandato ſyndicatus Franciſc.Curt.ſenior conſi.77.ſuper motiuis redditis,col.2.verſi.ſed præmiſſis non obſtantibus,& Philipp.Dec.conſi.99. viſis & diligenter conſideratis,in fine.& idem voluit Paulus Caſtren.qui Bald.non memorat,conſ.84.viſa dicta facti narratione,ante finem,lib.i. & Alexander qui nullam vtriuſque mentionem facit,ſicuti nec illius Curtii ſenioris,& Dec.in additio. Bar.in l.ſi vxor.§. ſi quis vxorem,D. de adulter.vbi dicit, quòd per cuſtodiam longi temporis intelligitur mandatum cuſtodiendi interueniſſe, per nota. in dicta l. ſi filiusfamilias, C.de petitione hæreditatis, & in dicta l.qui in aliena.D.de acquiren.hæred.Idem quoque Iaſon,qui nullum horum memorat, in l.i col.5.verſic.limita ſecundo,C.qui admittan.per dictam l.ſi filiusfamilias,& rurſum in l.ſciendum,col.8. D.de verborum obliga.per illum ipſum textum. Nam vt filiusfamil.poſſit adire hæreditatem ſibi delatam,requiritur quòd præcedat mandatũ patris,per l. ſi quis mihi bona.§. inſſum, D.de acquirenda hæredit. Et tamen ex diuturnitate temporis præſumitur,per dictam l.ſi filiusfamilias.

*per cuſtodiam longi temporis præſumitur mãdatum cuſtodiendi interueniſſe.*

*Mandatum patris neceſſarium in aditione hæreditatis facta a filiofa. exq; diuturnitate præſumitur mandatum.*

Contrarium tamen,videlicet,quòd ex nullo vel lõgiſſimo tempore præſumatur mandatum, tenuit Bald. ſibi contrarius in l.& qui non.la 2.verſi. quæro quid ſi dominus,C.ſi ex falſ.inſtrumẽ.vbi loquitur de mille annis, & in l.i.col.i.verſic.ſed pone quòd,ibi de hoc dicit eſſe tex. ſingul.in l.vlti.D.de vſucapi.pro emptio.& Hippol.Marſil.in l.ſi quis,colu.19.verſicul.vlterius hic habemus, D.

de

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

de quæſtionib. & Stephanus Bertrand. conſilio omnium primo, uiſo proceſſu, col. vii. nume. xxxiii. libro i. & conſilio iii. inſpecto. in octauo dubio, poſt principium libro tertio.

Ego ſanè priori ſententiæ potius accederē. nihl enim intereſſe uideo inter mandatum, & aliam ſolenitatem extrinſecam, & præſertim iuſſum, qui ex tēporis diuturnitate præſumitur. nā de eo loquitur l. ſi filius familias. C. de petitione hæreditatis. *Iuſſus ex temporis diuturnitate præſumitur.*

Tamen ſi poſteriorem ſequi malis, eā duobus modis limtiabis ex ſententia Fel. in dicto c. ſicut Primo, vt non procedat in mandato uicarii, quod ſi nō negetur, præſumitur. Et ſi negetur, ſufficit probare communē reputationem. ut uoluerunt Domini à Rota, deciſ. 499. nota, ualent acta. in antiq. per l. Barbarius. D. de officio præto. & not. in c. nihil de elec. Secundo, ut non procedat in actu, quem quis ueſimiliter non faceret ſine mandato. ut quia moltis annis ſoluiſſet penſione pro alio: tunc enim præſumitur mandatum, cum nemo uelit iactare ſuum, per l. cū de indebito. D. de probatio. Et hæc fuit ſententia Domi. à Rota, quam citat Fely. ipſe, deciſio xxiiii. aliquis. & Salicet. in l. nemo. tacito nomine. Baldi, C. de rebus alien. non alien. Alex. ſibi item contrarius in dicta l ſciendum. col. 5. uerſicu. item fallit ſecundum Ange. in fine ipſius ſecundæ fallen. D. de uerbo. obligationibus. ubi etiam dicit non ſufficere an hoc mille annos. Idem Alex. in dicta l. qui in aliena. colu. iiii. uerſicu. item adde quòd licet. & conſilio primo, ponderatis his de quibus, col. penul. aliàs viii. libro 4. & conſilio cxci. domini &c. perſpecto inſtrumento. colum. ii. uerſicu. nec obſtat longitudo. lib. vi. & conſil. xxxv. conſideratis his quę agitata ſunt, col. i. lib. vii. & Franciſcus Curtius ſenior etiam ſibi contrarius, conſilio xlix. memoriæ recolendæ. columna vii. uerſicu. & hoc maxime. & iterum conſilio ſequen quod eſt eiuſdem initii, columna 15. uerſiculo, ſexto adducere uidetur, & col. ſequen. uenſiculo, octauo adducunt, ubi etiā loquitur de mille annis. Socinus cōſilio ccliiii. *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ccliiii.uiſa & conſiderata, col.ii.libro ii.ubi hoc reputat ſingul.& iterũ cõſilio lxxx. in quæſtione quæ uertitur, *columna 3.uerſiculo*, prætereà uenditio,libro iii. Fely. in c.ſicut.col.17 uerſi ſexto aduerte,extra de re iudica. Franciſcus Curtius iunior,*in tractatu* Feudorum,in prima quæſtione.colum ii. uerſiculo, confirmo hanc primam ſententiam, cuius intium eſt nota quòd ubi dixi, in antiq.ubi in id aduocatur Ino.in cap.nonnulli,in uerbo,mandato,de reſcriptis.& idẽ quoque uoluit Philippus *Decius* conſ.xxxvi.cuius ſuperſcriptio incipit,exẽplum inſtrumenti.columna 4.uerſiculo,ſecundo reſpondetur,& iterum conſilio *xlii. diuino implorato* patrocinio,columna 7.in fine quinti dubii. Et Facit textus in l. ii.C.de ali.pupil.præſt. & in l.cũ ſeruus. D.de uerborũ obligationibus.

*Qui negotia gerit alterius nomine, præſumitur mandatum habere, niſi probetur contrarium.*

*Mandatum quando præſumatur.*

Attende tamen Lector,quoniam Innocent.cui origo huius rei aſſignatur,in dicto cap.nonnulli, nihil omnino de tempore loquitur,ſed tantum innititur uериſimilitudini. Dicit enim,quòd præſumitur is,qui actum geſſit nomine alterius,habuiſſe mandatum, niſi probetur contrarium. Non enim (inquit) præſumendũ, quòd inanibus ſe laboribus fatiget,& pecuniam ſuã iactet,per dictam l. cum de indebito,tanquam in hoc non requiratur diuturnitas temporis, ſed ſatis ſit illa veriſimilitudo etiam in actu recenti & ſimplici. Et hac ſane ſententia nihil eſt verius,& pro ea eſt textus in l.vltima.C.de ali.publi.præſtan. vbi actus in quo eſt neceſſaria expenſa, præſumitur eo mandate factus, cuius intereſt. & ita voluit Bartol in l.cum ſeruus.& ibi Alex.qui adducit concord. D. de verboeum obligationibus. & in pulchra quæſtione cõſuluit Baldus conſilio cccxvii.libro tertio. & idem voluit ipſe Baldus in l.id quod pauperibus. *in fine*. C.de epiſcopis & clericis. Imola in cap ii. col.ii. vt eccleſiaſt. benef. Panormit. conſi.liiii.videtur primo,quòd per dictũ teſtimonium,col ii.verſicu. ſed his non obſtagtibus. lib.i.Cæp. in tractatu de ſeruitut.vrbano.prædio. Franciſc. Aret. in

cap.

cap.1.colum.4.verſicu.tu autem, de iudic.vbi per hoc dicitur, quòd cùm in citatione requiratur aliqua impenſa, vt not in l.2.C.de ſport.ea præſumitur facta fuiſſe parte mandante, Franciſ.Cur.dicto conſi.77.colum.5.Felyn.in dicto cap.ſicut, colum.antepenul.verſi.5.in actu,de re iudic. Ex quibus conſtat non eſſe hic neceſſariam diuturnitatem temporis, vt præſumatur mandatum, Bald.in l.1. C.de eden.& Alex.in dicto cap.nonnulli,§.ſunt & alii,de reſcriptis.

*Impenſa præſumitur facta parte mãdante.*

Iſtis autem duabus limitationibus adde & tertiam,videlicet, ut non præſumatur mandatum ex diuturnitate temporis, cùm nulla alia ratione corroboratur. Secus quando inſtrumentum narrat,& dicit aliquẽ habere mandatum. Nam licèt hæc verba non ſufficiant ad probandũ mandatum,niſi de eo appareat,per l.i.C.de manda. prin. c.cùm in iure,de offi.deleg.cum ſimil.Tamen ſi præterea interuenerit temporis diuturnitas,ex vtriſque videtur ſatis probari mandatum. Ita videlicet,quòd ex alia diuturnitate coadiuuabitur,ſuplebiturq; probatio magis quàm ex toto inducatur,vt in ſimili tradit Alex.conſi.57.in cauſa & lite, col.iii.libr.v. Nam ila nominatio mandati non parum operatur,ut in ſimili not. Bart.in l.i.C. de relat.& in l.acta.de re iudi.& Inno.in dicto c.cum in iure, facitq; quod ſcribit Baldus ipſe in dicta l.1.C. de rebus alien.nõ alien. ubi fatetur mandatum probari etiam coniecturis, ſed ſolam diuturnitatem tẽporis non ſufficere. Et ita expreſſe in caſu quem ſupra appoſuimus,uoluit Phil.Dec. conſi.37.colum.4.uerſicu.non obſtat. Ex quibus hanc limitationem ita generaliter poteris colligere,ut uidelicet procedat, quod dicitur, mandatum non probari ex diuturnitate temporis,niſi ad ea,& alia concurrant, ex quibus ueriſimiliter præſumatur mandatum interueniſſe.

*Ex ſolius temporis diuturnitate non præſumitur mãdatũ: quandoque ſecus.*

*Mandatum uariè probari.*

Illud poſtremò in hac mandati præſumptione non omittemus,quòd ſi aliquis tanquã procurator meus quicquam faciat me ſcienter & tacente ſiue patiẽte,præſumitur mandãte me id feciſſe. Ita uoluit Inn.in c.ex parte decani,

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

cani,& ibi late Barba.de reſcriptis,& idem Innoc.in c.in noſtra,de procura.& in dicto c.cum in iure,de officio de leg.Archid.& Io.An.in c.qui ad agendum, de procu.lib. 6.& optimè facit text.in l.qui patitur, D.manda.

*Sententia rectè riteq; lata præſumitur propter temporis diuturnitatem.*
*Acta perdita præſumũtur ſolenniter facta.*

TRIGESIMOSECVNDO, propter temporis diuturnitatem ſententia recte, riteq; lata præſumitur, adeò quòd licet acta omnia ſint perdita, tamen præſumantur ſolenniter facta,per c.bonæ,le 1.vbi Innoc.& alii de electio.& in c.in præſentia,de renun.& ca. cum inter,& ibi Hoſtien.Ioan.And.& alii de re iudic.Et voluit Innoc.c. cum in iure,in verbo,mandato,& ibi Imol.qui hanc dicit eſſe communem opinionem, & Panormi. de officio delega.idem Innocen. in cap.quoniam contra, & ibi etiam Ioannes Andr. Calde.Anto.Cardin.Floren.Panormita. de probationib. Iacob.Aret. Cy.Bal. Salicet.& fere omnes in l.emancipatione,C.de fide inſtrumen.Bar.in l.admonendi,colum.vlti.verſicu.quæro quid ſi reperiuntur, & ibi Iaſon in repetitio,colum.86.D. de iureiuran.Bald. in l.ſciendum,& ibi etiam Angel.Barba.& alii, D.de verborum obligatio.idem Bald.in c.1.§.vltimo, columna vltima,titulo quo tempore miles, & in c.1.columna quarta,verſiculo quid ſi apparet aliqua ſententia,titu.de mili. vaſal.qui contu.eſt,& conſilio 24.longum thema, columna 2.verſi.quod ſi propter antiquitatem,libro 3.Imol. conſi.110.in cauſa quæ vertitur, colum.1.Paulus Caſtr. conſi.76.in facto iſto,lib.2.Petrus Ferra.in tit.forma ſententiæ definitiuæ,in verbo,viſaq; litis conteſtatione, colum.2.Alexan.conſi.17.viſo inſtrumento locationis, colum.penult.in princip.libro 4. & conſilio 30.ponderatis narratis,colum.3.verſicu.circa ſecundum,lib.5. & conſi.15.quod eſt eiuſdem initii,eodem lib.v. Barbat.conſil. 18.clementiſſimi Patris,colum.6.verſic.& multo fortius, lib.1.& conſi.44.ſcribitur apud Prophetam, columna 4. verſic.etſi quiſpiam.eodem libro primo,Calca.latè conſi.75.in prædicta cauſa, colum.7.Corne.conſi.304.rem arduam, colum.2.libro 3.Franciſ. Cur.ſenior conſil.77.

colum.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

columna 4. Firmia. in tractatu de epiſcop. in quarta parte quarti libri, in 61. quæſtione, quæ eſt in colum. penultima, verſic. item niſi ſit ſententia, Philip. Dec. conſi. 36. cuius ſuperſcriptio incipit, exemplum inſtrumenti, colum. 1. verſi non obſtat.

TRIGESIMOTERTIO, non ſententia ſolum, ſed & ſententiæ ipſius executio ſolenniter facta fuiſſe præſumitur ex diuturnitate tempori, vt notab. conſuluit Petr. Anch. conſi. 39. viſa petitione, & ſequitur Phil. Dec. conſi. 375. iuridicam eſſe arbitror, col. 1. in fi. & iterum conſil. 419. viſo conſilio, colum. 1.

*Executio ſententiæ ſolenniter facta, præſumitur ex temporis diuturnitate.*

TRIGESIMOQVARTO, non ſolum id quod dictum eſt procedit in ſententia iudicum, ſed & in dicto arbitrorum, pro quo ex diuturnitate temporis præſumitur vt voluit Dynus in quodam ſuo conſilio, quod ordine eſt 13. quem refert & ſequitur Io. And. in addit. Spec. tit. de arbit. §. ſi ſequitur, verſi. quid ſi actum fuit in compromiſſo. Et id quoque clarius voluit Antonius in dicto c. quoniam contra falſam, col. 20. de prob. & Panorm. conſi. 18. in cauſa & quæſtione quæ vertitur, col. 3. verſi. ob hoc dixit, lib. 2. & Soci. conſi. 66. viſo compromiſſo, col. 1. verſi. & licet poſſet dubitari, lib. 4.

*Præſumitur pro dicto arbitrorum ex diuturnitate temporis.*

TRIGESIMOQVINTO, facit quod voluit Petrus Anchara. conſi. 136. ex conſiliis excellentium doctorum, quòd ſi reperitur inſtrumentum continens alienationem rei eccleſiaſticæ, in qua requirebatur decretum ſuperioris, & lapſum ſit longum tempus, præſumitur interueniſſe decretum, quod & idem voluit Ang. in l. quòd ſi nolit §. 1. D. de ædil. edic. & Barb. in l. ſciendum, col. 16. D. de verborum obligation. & Felynus in cap. Albericus, de teſtibus.

*Decertum in alienatione rei eccleſiaſticæ lapſu longi temporis præſumitur interueniſſe.*

TRIGESIMOSEXTO, quod generalius dixerunt Anton. & Imol. cap. ea noſcitur, de his quæ fiunt à prælatis,

*Solennitas adhibita præſumitur in uen.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*ditione rei eccleſiaſticæ ob longum tẽpus, ſed et in alienatione omni.*

latis, quòd ſi emptor rei eccleſiaſticæ diu poſſederit rem ipſam, licet in inſtrumento alienationis nihil dicatur de ſolennitate adhibita, ea tamen præſumitur ob longum tẽpus. Quod etiam voluit ipſe Anto. in cap. cura. colum. 2. de iure patrona. Fran. Aret. conſi. 36. caſus talis eſt, præſupponitur in facto, colum. 2. Alexan. loquens in emphyteuſi rei eccleſiaſticæ conſilio 79. circa primum de quo quæritur, colum. 3. in ſecundo dubio, lib. 1. & iterum conſi. 45. viſa facti narratione, in fi. lib. 3. Socinus conſi. 208. viſis actis & actitatis, colum. penultima, verſiculo, reſpondetur, libro 2. vbi expreſſe dicit præſumi omnem ſolennitatem requiſitam in alienatione rerum eccleſiaſticarum ex longo tempore, & conſi. 266. in cauſa quæ vertitur, columna 14. verſi. ex quibus infero, eo. lib. 2. vbi plus dicit ex diuturnitate temporis præſumi alienationem huiuſmodi fuiſſe factam in caſu permiſſo, obſeruatis omnibus ſolennitatibus, & Fel. *in c. ſicut, colum. 19. verſi. ſeptimo* & vltimo, extrà de re iudica. vbi hoc elegantiſſime limitat, vt ibi videre poteris, Philippus Decius in l. 1. colu. 4. C. qui admittan. ad bonorum poſſeſſ. & conſi. 36. cuius ſuperſcriptio incipit, exemplum inſtrumenti, colum. pen. verſi. vltimo non obſtat, & conſi. 152. in cauſa exemptionis, colum. 2. in fi. & conſi. 329. pro defenſione, colum. vlti. & conſi. 341. viſo puncto, colum. 6. verſic. poſtremo ad corroborationem.

*Originale inſtrumentũ præſumitur authenticum, et quando.*

TRIGESIMOSEPTIMO, addit iſtis calculum Rapha. Cuma. dictum conſi. 157. viſis inſtrumentis, columna 2. quòd ſi producatur inſtrumentum iam longo tempore ſumptum ab originali, licet non appareat de citatione partis, tamen præſumitur eam fuiſſe citatam, imò (inquit) præſumitur illud originale, à quo exemplũ ſumptum eſt, fuiſſe authenticum, per not. in dicto cap. Albericus, & alia quæ allegat. Et illud quoque de citatione partis voluit Floria. in l. 2. De fide inſtrum. Alex. conſi. 101. ſuper primo dubio, colum. 3. verſi. tamen his non obſtantibus, libro 7. & late probat Fran. Aret. dicto conſil. 37. colum.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

col.pen. & Corn.conſi.304. rem arduam, colum.2.lib.3. & conſilio.144.ſuperioribus,lib.4. Socinus conſil.187.in controuerſia,verſi.& quia ſupra ſunt allegata, lib.2. Felynus in dicto cap. Albericus,colum.2. Philippus Decius dicto conſil.36.colum.1.verſicu. non obſtat quod in iſta, Iaſon in authentic. ſi quis in aliquo,colum.4.verſi.nono fallit.C.de eden.& in l.2.col.2.verſiculo nota tamen diligenter,C.de teſtamentis.

Contrarium tamen, quantum ad citationem partis, tenuit Baldus in dicta authen.ſi quis in aliquo, columna 5. verſi.non amplius,& in cap.vltimo,colum.7.verſic.ſatiſfaciam igitur,de fide inſtrument. Pro quo facit quod voluerunt Cardinal.& Panormi.in dicto cap.Albericus, de teſtibus,non præſumi citationem ex lapſu tēporis. Quod & videtur voluiſſe, Angel.conſi.172. & Paulus Caſtrenſ. conſi.76.in facto iſto quatuor ſunt conſideranda,colum. 1.verſi.ſecūdò principaliter,libro 2. & Socinus conſi.46. eleganter & ſubtiliter,colum.9.verſicu.ſed duo videntur libro 4. Verùm quòd ſemper præſumatur citatio ex diuturnitate temporis,tenent Ioannes Andr.Anto.& Imo. in dicto cap.Albericus,& Angelus in dicta l.ſciendum,D. de verb.oblig.

*Citatio nō præſumitur ex lapſu temporis.contrarium uerius ut infrà.*

Trigesimooctavo, quod eleganter,vt ſemper aliàs ſi quis alius,ex noſtris conſuluit Rapha. Fulgo. conſi.79.quidam nomine Britinius,columna 3.in huiuſmodi ſpecie: Vnus ex teſtibus teſtamentariis contradicit teſtamento: is tamen,qui erat hæres ab inteſtato longo tempore tacuit,nec quicquam dicit aduerſus teſtamētum,ſed paſſus eſt hæredem in eo inſtitutum bona hæreditatis poſſidere,certè ex temporis diuturna poſſeſſioneq; præſumitur teſtamentum, cæteraq; ſequentia rectè acta fuiſſe,purgaturq; ſuſcipio,quæ ex huiuſmodi teſtis contradictione oriebatur, iuxta l.1.§.vlt.D. quemadmodum teſtamen.aper.idq; auctoritate dictæ l.ſi filiusfamilias,C. de peti.hæred.& dicta.l.qui in aliena, §.1.D.de acq.hær.

*præſumitur pro teſtamento, cui unus teſtiū contradicit, idq; ob tēporis lō gi lapſum.*

Tri-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

TRIGESIMONONO, non in iſtis tantùm caſibus, ſed & aliàs ſemper, licèt ſolennitas extrinſeca non præſumatur. l. quæcunque. §. vltimo. D. de Publica. in rem actio. cum ſimilib. Fallit tamen propter temporis diuturnitatem, vt plerique voluerunt, per textum in dicta l. ſi filius familias. C. de petitione hæreditatis, & in dicto c. cura. de iure patrona. & in c. peruenit. de cenſib. vbi ſupra voluerunt gloſ. vlti Anto. Imo. Panormit. & prætereà Innocen. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Bald. Anto. Imol. & abũde Fely. in dicto c. Albericus. de teſtibus. vbi & priuatim loquuntur de ſolénitate, quæ debet interuenire in publicatione ſiue exemplatione, vt cũ eis loquar, de qua ibi Bartol. Bal. angel. Imol. & Rom. in l. qui in aliena. poſt princip. D. de acquiren. hæredit. Bar. Bald. Angel. & alii in dicta l. ſi filius familiàs, ex quibus Baldus ipſe ita illã legẽ ſummat, ex diutina poſſeſſioẽ præſumitur ſolẽnitas præceſſiſſe. Bald. Angel. Imo. Raph. Roma. Alexãd. qui hanc dicit eſſe communem opinionem barba. & Iaſ. in dicta l. ſciendum. de verborum obligatio. Bald. in l. 2 circa medium. C. de acquirenda poſſeſſ. & in l. executionem col. 14. C. de execut. rei iudic. & in cap. 1. colum. vi. de iudic. Roma. conſi. 252. pro deciſione, verſicu. quo ad tertiũ, & conſil. 275. quo ad primum, colum. i. Petrus Anchar. conſil. 420. quidam ſeruus Antonius colum. vlti. Imol. in l. i. §. vltimo. D. de aqua pluuia arcenda. Floria. in l. cũ de in. rem verſo. D. de vſuris Alex. conſil. cxiii. ſuper primo dubio. col. ii. in fin. verſic. ex. ex his infero. lib. i. & cõſilio xlviii. in cauſa & lite, colum. 2. verſi. accedit ad confirmationem. lib. v. Maria. conſi. xv. viſis prædictis, colu. antepenul. verſicu. accedit etiam tẽpori diuturnitas. vbi & hoc dicit procedere etiã ſi appareat de ſcriptura actus in quo nõ ſit deſcripta ſolẽnitas requiſitas, vt nihilominus præſumatur ratione temporis plus actũ quàm ſcriptum, per multa quæ allegat. Et hoc reputat ſing. barth. Socin. conſil. cliii. pulchra & ſubtilis, colu. 2. verſicu. ad hanc obiectionem. lib. ii. ubi per hoc conſuluit in publico caſu. & iterum conſi. 266. in cauſa libro. 2. & Corneus

*Solennitas extrinſeca nõ præſumitur, niſi ob longum tempus.*

*Solennitas ex diutina poſſeſſione præſumitur præceſſiſſe.*

*Ratione temporis plus actum quàm ſcriptũ præſumitur.*

conſi.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

conſilio xcviij. videtur prima facie, columna j. & 2. libro j. vbi reperies qualiter hoc intelligatur, & conſilio 348. videtur in hac, colum. 5. eodem libro j. & conſilio 144. ſuperioribus dubijs, columna j. verſiculo tamen his minime refragantibus, libro 4. & conſilio ſequen. in ſuprascripto themate, colum. penult. verſicu. item poſt dici, eodem libro 4. & conſil. 284. copioſe, colum. i. eodem libro 4. Franciſcus Curtius ſenior conſil. 117. ſuper motiuis, colum. 3. Felyn. in dicto cap. ſicut, colum. 15. verſicu. fallit tertio, de re iudica. & in cap. i. colum. i. de lit. conteſta. & in cap. licet Hely, colum. 5. de ſimo. Ludo. Bolonien. conſi. 34. col. 4. Philipp. Dec. conſi. 36. colum. pen. verſic. vltimo non obſtat, & dicto conſi. 42. colum. 7. in quinto dubio, verſi. & iſta confirmantur, & dicto conſi. 152. col. 2. & conſi. 199. viſis & diligenter, verſi. quo ad tertium, & conſilio 212. viſo puncto, columna 3. verſiculo quarto prædicto Franciſco.

Et quanquam ſunt plerique, qui hoc intellexerũt procedere quando cum diuturnitate tẽporis interuenit alia præſumptio, alias ſecus. Et inter alios Cy. & Bald. in l. i. in 2. quæſtione. C. qui admittan. ad bonorum poſſeſſ. & idem Bal. in l. 2. C. de legitimis hæred. vbi per hoc dicit, quòd ex diuturnitate temporis nõ præſumitur, quòd donatio fuerit inſinuata, nec quòd interuenerit præſentia duorũ conſanguineorũ, & Salyc. in d. l. ſi filiusfam. C. de petiti hæred. & Roma. in d. l. ſciendum. Panor. in d. cap. Albericus, colum. penul. de teſtib. vbi loquitur etiam de tempore longiſſimo, & in c. ſignificauit, in ſecundo nota. per illum tex. de cenſib. Paulus Caſtren. conſi. 202. cauſa confinium, colum. 2. verſi. breuiter ſi bene, lib. i. Alexan. in dicta l. qui in aliena. in princip. D. de acquirend. hæredi. & conſi. 9. viſo themate, colum. penul. & vlti. libr. 3. & conſil. 17. viſo inſtrumento locationis, colum. 2. libr. 4. & conſi. 218. ponderatis narratis, colum. 3. verſiculo vnde dicit, libro i. & Iaſon in l. ſi certis annis, colum. 3. verſicu. nono facit, C. de pact. Reſpondentq; ex his multi ad dictam l. ſi filiusfamilias, & ad dictam l. qui in aliena, quòd

*Ex tẽporis diuturnitate non præſumitur inſinuatio donationis, nec præſentia duorum conſanguineorum.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

loquuntur in patre & in filio, inter quos facilius præſu mitur conſenſus interueniſſe, cũ iuris fictione reputẽtur una eadẽq; perſona, per l. vlti. C. de impube. & aliis ſubſtitu. Et quod ibi etiã agitur de cõmodo patris propter vſumfructum, ideo facilius præſumitur conſenſiſſe.

*Pater et filius iuris fictione una eademq; perſona inter quos conſenſus præſumitur interueniſſe.*

Hoc tamẽ indiſtinctè procedere aſſerũt Imo. & Alexand. ſibi cõtrarius, & Iaſ. in d. l. ſciendũ, Romanus ſibi quoque cõtrarius in dicta l. qui in aliena. Barba. dicto cõſilio xxxiii. col. iii. lib. iii. & in repetitio. Rubri. C. qui admittã. ad bonorum poſſeſſ. col. ii. in fi. vbi dicit Bal. in ea re ſibi fuiſſe contrariũ, & Alex. etiam ſibi contrarius, cõſilio lxxix. primo quæritur, lib. i. Fely. in dicto c. Albericus. colum vlti. & Iaſ. in l. i. colum iiii. C. qui admittan. ad bonorum poſſeſſ. & tacite omnes quos ſupra citauimus, dum indiſtincte dixerunt præſumi ſolennitatẽ extrinſecam ex diuturnitate temporis.

*Solẽnitas extrinſeca ex longo tẽpore præſumitur ubi nõ requiritur ſcriptura.*

Sunt item qui hoc intelligunt procedere in illis actibus, in quibus neceſſario nõ requiritur ſcriptura, in aliis uero non præſumi huiuſmodi ſolẽnitatem ex tempore, ſed opus eſt eã probari per ſcripturã. Ita uoluit Fely. in dicto cap. i. in prin de litis conteſtatio. & quiſquis is eſt, qui in illum additio. edidit, vbi & hoc dicit voluiſſe Paulum Caſtren. conſilio li. & dicto conſil. ccii. colu. ii. lib. i. vbi tamẽ ex eo poteris intelligere, qualiter hoc ſit intelligendum Alexander conſilio ccxix. ponderatis his, col. penultima, verſiculo, item non obſtat alia reſponſio, libro ſexto, vbi & hoc quoque declarat.

Sunt & qui hoc limitãt, vt videlicet præſumatur ſolẽnitas ex decẽnali ſpatio, de quo loquitur d. l. ſi filius familias, cũ glo. niſi ageretur de præſumenda ea ſolẽnitate, quæ principaliter tẽderet ad præiudicium tertii, tunc enim non ſufficerent decẽ anni, ſed requirerentur triginta, per text. in d. c. peruenit, & ibi Inn. glo. & Cano. de emp. & vend. vbi hoc in ſimili ſpecie tenuit Imol. col vi. & ſeq. Alex. conſi. i. ponderatis. col. viii. lib. iiii. & iterum conſi. xvii. viſo inſtrumẽto locationis, col iii. eo. lib. 4. & conſ. 179 in cauſa & lite vertẽte inter hæredes, col. ii. lib. 6. quod

*Solennitas tendens in præiudicium tertij non præſumitur ex longo tempore.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

6.quod & idem expreſſe tenuit Rapha. Fulgoſ.in dicta l. j.colum.penul. C.qui admittan. ad bonorum poſſeſſ. vbi dicit,quòd pręſumptio quę inſurgit ex diuturnitate,per dictam l.ſi filiusf. non habet locum,quando agitur de au ferendo dominio alterius,per l.nullo, C.de rei vendica. & l.diutina.C.de præſcript.longi tempo. Imo ſunt,qui, vt præſumatur ſolennitas extrinſeca,dicunt requiri tem pus valde antiquum,in quo uidelicet probatio eſt ferme impoſſibilis,ideoq; non tam exacta probatio requiritur, per id quod habetur in l.ſi arbiter.D.de probationib. & c.vlti.de pact.& c.fama.22.quæſt.2.& ita voluerunt Ho ſtienſ.Ioan.And.& Panormita. in dicto c. Albericus. de teſtibus,& ſequen.Alexand.conſil.218. ponderatis nar- ratis,colum.3. verſic.præterea,lib.6.Hanc tamen limita- tionem in omnibus expreſſe reprobat Alexand.ſibi con- trarius, dicens indiſtincte ſufficere decennium, d.l. qui in aliena.per textum in c.continebatur.de his quæ fiunt à prælat.ſine conſenſu capituli.& alia quę ipſe allegat.& poſt eum Iaſon in dicta l.j.colum. 5. verſic.tertio ſingul. limita. C.qui admittan.ad bonorum poſſeſſio. Et voluit etiam indiſtincte Antonius in dicto cap.illud. de præſum ptionibus.

Sed & multi hoc intelligunt procedere vbi agitur de modico præiudicio,vt in caſu dictæ l.ſi filiusfamilias.vbi agitur tantum de pręiudicando filio in ſpe hęreditate,& acquirẽdo patri,cui erat ſucceſſurus,vt in caſu dictę glo. in d.l. penulti. C. communi diuidun. vbi ex diuturnitate temporis præſumitur inter fratres, & alios ſimiles facta diuiſio,ſecus vbi tractaretur de graui quodã præiudicio. ita expreſſe voluit Barto.in l. cum de in rem verſo, col. 3. D.de vſuris.& in l.j.colum. penulti.verſic. contra hoc tamen dictũ. D.de aqua pluuia arcend.& in ſua diſputa- tione incip.mulier habens magnũ patrimonium, col.vl- tima.Fulgoſ.qui Bart.mentionem non facit, in dicta.l.j. colum.penult.& ibi Iaſ.colum.5.verſi.quarto limita. C. qui admittan.ad bonorum poſſeſſ.Panormi.in c.vlti.co- lum.3.de cauſa poſſeſſ.& propriæ. Paulus Caſtren.in d.

*Ex diuturnitate tẽporis præſumitur inter fratres facta diuiſio.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

l.ſi filiusfamilia, C. de petitione hæredita. Alexand. in d. l. qui in aliena. & in dicta l. ſciendum, colum. 4. & cõſilio 20. viſo proceſſu, colum. vltima. libro 4 & conſil. 5. viſo & diligenter conſiderato, colum. penulti. eodem libro 4. & Socinus dicto conſi. 254. colum. 2. libro 2. Phipp. Dec. dicto conſilio 444. vbi ſupra, & in cap. i. colum. 6. verſic. non obſtat ratio, de ſide inſtrum. vbi & hoc dicit voluiſſe Franciſcum Aret. in quodam conſil. *non impreſſo*, incipien. in præmiſſa conſultatione, per l. nullo. C. de rei vendicatione.

Multi quoque hoc intelligũt procedere in actibus iudicialibus, qui tranſierunt in rem iudicatam, nõ etiam in extraiudicialibus, qui *non tranſierunt in rem iudicatam*, vt not. dicto in cap. i. de his quæ fiunt à maiori parte cap. Sed hanc limitationem plane refellit Alexan. conſil. 219. ponderatis narratis, col. penulti. verſi. non obſtat etiam, dum obijciebatur. libr. 6.

Aliter itẽ *alii intelligunt*, vt hoc *ſcilicet* procedat quã do eſt ſolennitas, cui partes renuntiare proceſſu, ſecus ſi non poſſunt, ſecundũ Ant. & recentiores in c. ſicut. de re iudica. & Petrus Anchara. in c. i. per illum textum, de rebus eccleſ. non alienan. lib. 6. & confirmatur per l. ſi forte. & ibi *Bart.* de *caſtrenſi* pecul. & not. per eundẽ Bart. in l. ſciendum, D. de verborum obligatio. & in authenti. ſi quis in aliquo. C. de eden. cum ſimil. Sed hoc Alexand. dicto conſilio 219. colum. penulti. verſicu. poſtremo non obſtat, lib. 6. vult procedere, cum ſolẽnitas ex eo præſumitur, quod de *illa* eſt facta *mentio* enuntiatiue à partib. Nam ea ſolennitas tum demum præſumitur, ſi talis erat, cui poterat renuntiari, per l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. ſecus ſi ei renuntiari non poterat, vt not. gloſſ. & *Bart* in l. i. C. de fide inſtrumen. lib. 10. cum ſimil. At ſi *præſumptio ſolennitatis* aliunde procedat, ſecus, vt nota in cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt à præla. & in c. cum veniſſes. de inſtitu. & in c. bonæ. de electione, cum infinitis aliis ſimilibus ſupra allegatis.

*Solennitas, cui renuntiari poteſt, facile præſumitur.*

Poſtremo hoc itelligas in caſu dubio, in quo præſumi tur

tur ſolennitas, etiā ſi de ea nulla ſit facta mētio in inſtru mēto. Secus ſi ex inſtrumēti inſpectione conſtaret eā nō interueniſſe, vt qui dicerat, id nō fuiſſe factū, aut alias ita loqueretur, vt appareret nō interueniſſe, tunc enim non præſumeretur ex diuturnitate, vt expreſſe voluit, & con ſuluit Paul. Caſt. conſi. 81. in cauſa quæ vertitur inter re uerendū, col. 3. verſicu. etſi dicatur, lib. 2. quia huiuſmodi (inquit) præſumptio tollitur per euidentiam, quia nulla eſt maior fortiorve probatio, vt notat Innocē. in c. propoſuiſti. de probatio. & ſubdit facere l. emptorem, in prin cip. D. de actio. empt. & alia quæ ibi allegat. Sequitur Alexan. dicto conſi. i. incip. ponderatis his, colum. penult. libro 4. Iaſon in dicta l. i. colum. 5. verſic. quinto limita, C. qui admittan. ad bon. poſſeſ. & Stephanus Bertrādus conſilio 154. alienatio, colum. 3. verſicu. nec opponitur, libro 2. Philipp. Decius conſilio 103. cuius ſupraſcriptio incipit, an approbatione, colum. 1. & dicto conſil. 36 colum. 3. verſicu. ſecundo reſpondeo. Quibus plane conſonat, quod voluit Bald. quem nullus illorū allegat, in l. data. colum antepenulti. verſicu. quid ſi bannitus. C. qui accuſa. non poſſunt, quòd ſentētia ex nullo vires acquirit, nec pro ea præſumitur, cum ex forma ipſius habet vitiū nullitatis, alioquin vitium conualeſceret tempore, quod fieri nō poteſt. l. ex initio. C. de falſ. & c. vnde quæritur, 25. quæſtio. 9. Et ſententia plus habet iuris, quàm facti, vt not. gloſſ. in c. nullus. 9. quæſtio. 2. Sententia autem nulla nihil habet iuris, nec ex ſolo tempore robur acquirit, l. ſi expreſſim. C. de appellatio. Et facit quod not. in c. inter cæ tera. 16. quæſt. 3. & eſt expreſſum in l. quædā mulier, D. familiæ erciſcun. quòd ſententia etiam poſt multos annos dicitur, & declaratur nulla, Dec. in l. ſi quis in aliquo. nu. 24. C. de eden.

*Euidentiæ uis.*

*Nulla fit præſumptio pro ſententia nullà.*

*Sentētia plus iuris habet, quàm facti.*

*Sententia nulla nihil iuris habet.*

*Sententia poſt multum temporis poteſt declarari nulla.*

At ego ſane, vt credo non præſumi ſolennitatē ex diuturnitate tēporis, ſi ex inſtrumēto vel ſentētia appareat liquido & expreſſe eam nō interueniſſe, ita ſi non id expreſſe, aut liquido appareat, ſed tantum in inſtrumento, vel ſententia, nulla facta eſt mentio ſolēnitatis. Certe nō

*Solēnitas ex diuturnitate non præſumitur. ſallit ut poſt paulò:*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Ex hoc ſequitur, quòd non præſumatur interueniſſe ob tẽporis diuturnitatem, vt non obſcure ſentit Petrus Anchar. conſil. 136. ex conſiliis, vbi in inſtrumento non apparebat de ſolennitatibus requiſitis, & tamen concludit, quòd præſumuntur interueniſſe ob diuturnitatem temporis, & aperte etiam Alexand. conſi. 79. circa primum, colum. 3. lib. i. & Fely. in cap. ſicut, colum. penulti. verſic. ſeptimo & vltimo declara, de re iud. & Philipp. Dec. conſil. 341 viſo puncto, colum. 6. verſi. non obſtat ſi dicatur. & idem Decius conſi. 409. viſo conſilio, colum. i. verſic. non obſtat illud in quo videtur. Quanquam contrarium tenuit Paul. Caſtrẽſi. dicto cõſilio 801. libro 2. & conſilio in facto iſto, colum. 2. verſicu. ſecundo principaliter. libro ſecundo.

Quin & aliter etiam intelligit Alexand. conſil. 50. in cauſa & lite colum. 2 lib. 5. quando conſtat actum, qui dicitur *fuiſſe ſolenniter factus*, puta vt idem exemplum repetamus, ſi dicatur hæreditas fuiſſe adita, & ſolenniter, certe ſi conſtet de aditione, *præſumitur* ſolennitas interueniſſe ex diuturnitate temporis, ſecus ſi non conſtet de aditione, Et hoc ſequitur, & dicit nota. *Philipo.* Dec. d. conſi. 442. col. 3 verſi. non obſtat, ſi dicatur.

Rurſus ipſe Decius ibi aliter intelligit, vt ſcilicet procedat in eo, qui potuit gerere actum, qui dicitur ſolenniter fuiſſe factus, vt exempli cauſa, qui adire potuit hæreditatem, tunc ex poſſeſſione longi temporis præſumitur adiiſſe ſolenniter. Secus ſi non potuit, vt qui pupillus erat, iuxta l. pupillus, D. de acquirẽ. hæredita. & §. neque, Inſtitut. de autho. tuto. Quia tunc præſumptio ſolennitatis ceſſat. Quia vbi veritas non poteſt habere locum, pariter nec præſumptio, per l. qui ad certam, D. locati.

*Adiiſſe præſumitur, qui potuit, alias non.*

*Vbi ueritas non habet locũ, nec præſumptio habebit.*

Alij item hoc intelligunt, quãdo veriſimiliter is, cuius cõſenſus pro ſolẽnitate requirebatur, in actu ſciuit actũ, qui dicitur ſolenniter fuiſſe factus, & de conſenſu illius. Secus ſi veriſimiliter ignorauit, tunc enim ex diuturnitate temporis ea ſolẽnitas non præſumitur, niſi tam longũ tempus interuenerit arbitrio iudicãtis, quòd ſcire potuerit,

*Præſumptio nõ cadit in ignorãtẽ. fallit ut hic.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

rit, vt pulchre conſuluit Alex. loquẽs in conſenſu Papæ, qui debuit interuenire in alienatione facta ab epiſcopo, qui iurauerat non alienare inconſulto Pontifice, conſil. 9. viſo themate ſupraſcripto, col. vltima, libro 3. & ſequitur Philipp. Dec. conſi. 409 viſo conſilio, colum. 2. verſi. & pro vera reſolutione, lib. 2.

QVADRAGESIMO, proxime accedit ad ſuperiora, quod voluit Pnormit. conſilio 26. in quæſtione quæ ad præſens vertitur, colum. vlti in princip. lib. 2. quòd ex diuturna ſolutione præſumitur cauſa legitima, quanuis de ea non appareat. Allegat gloſ. in c. nullus. i. quæſtio. i. & Ioan. Andr. in c. peruenit, de cenſib. & Barto. in dicta l. cum de in rem verſo. de vſuris, & idem quoque voluerat ipſe Panormita. conſi. 7. circa primum, colum. 5. verſi. item præmitto quòd quando, & iterum verſicu. præſumenda eſt ergo, eodem lib. 2. vbi fortius dicit, quòd præſumitur cauſa legitima ex diuturna ſolutione, etiam ſi non fuerit allegata.

*Ex diuturna ſolutione præſumitur cauſa legitima.*

QVADRAGESIMOPRIMO, non prætermittendũ quod notab. conſuluit Soci. merito excellentiſſimus vocatus, conſil. 83. placet mihi, in princip. colnm. 3. & alibi ſæpe. Is conſilio 207. conſideratis his, tenuit notab. per multa quæ ibi allegat, quòd monialis quæ iam à longo tempore tranſiuit de vno monaſterio ad aliud, id feciſſe præſumitur conſentiente primo monaſterio. propter diuturnitatem temporis, ita quòd ſi aliquid poſtea acquirat, aut illi quæpiam hæreditas deferatur, acquiritur ſecundo monaſterio, non primo.

*Monialis mutãs monaſteriu acquirit ſecundo, non primo monaſterio.*

QVADRAGESIMOSECVNDO, huc vergit quòd ſi per decennium fuerit quicquam libere ſolutum eccleſię, aut piæ cauſæ, ex hoc inducta cenſetur conſuetudo, quam ſoluentes non poterunt tollere, quin cogantur deinceps ſoluere, etiã nullo alio probato, aut allegato titulo, per tex. in c. veniens. le j. de teſtib. & ibi Pan. in tertio notab. & Feli-

*Conſuetudo inducta per diuturnam ſolutionem cenſetur, etiã nullo allegato, probato ue titulo.*



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

& Fellinus in quarto notab. vbi illum notat ad limitationem notab. in dicta l. cum de in rem verſo, D. de vſuris. & tex. in c. ad apoſtolicam, & ibi etiam Panormita. & Felin. de ſimo. & voluit Paulus Liaz. in repeti. c. in literis, col. 7. verſi. modo quæritur. de reſtitu. ſpolia. Panor. conſi. 6. in quæſt. quæ vertitur, col. 3. verſi. ſecundum remedium, libr. 2. vbi & ad hoc allegat text. in l. priuilegia, & ibi Bar. C. de ſacroſanct. eccle.

*Temporis uirtus multiplex.*

Postremo, tempus ipſum tantum habet virum, vt non ſolum ius ac dominium alterius, & alia, de quibus ſupra diximus, tollat, ſed cætera omnia abſumat, deuoret, deſtruat, commutet, atque alio diuertat, id affirmãte Baldo in cap. inter dilectos de fide inſtrument. & in cap. tua. col. 2. verſicu. porro notorium. de cohabit. clerico. & mulie. vbi dicit, quòd notorium non dicitur, niſi apparens & exiſtens vetuſtas, quæ omnia conſumit. Et idem affirmat Bal. in repetitio. l. j. col. 4. verſic. in contrarium quod merum imperium, C. de emancip. libro. quam ponit in fin. libro 8. cum dicit, quòd tempus vicem perſonæ alienando gerit, cum iura negligentis tabefacit, atque corrudit. & intelligentem transfert. l. qui agros. C. de omni agro deſerto, libro 11. Omnia enim (ait) ſua periodo terminantur. In quam ſententiam Lucretius libro quarto, ad finem.

*Notoriũ quid.*

*Nam leniter quanuis quod crebro tunditur ictu,*
*Vincitur in longo ſpatio tamen atque labaſcit*
*Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentes,*
*Humoris longo in ſpatio pertundere ſaxa?*

Cui concinens Tibullus lib. j. Eleg. 4.

*Longa dies homini docuit parere leones.*
*Longa dies molli ſaxa peredit aqua.*

Et Ouidius lib. j. de Arte amandi:

*Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius unda?*
*Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.*

Sed & idem lib. 4. de Ponto Eleg. 8. ad Suillum:

*Tabida conſumit ferrum, lapidem'que vetuſtas,*

Nul-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Nullaq́; res maius tempore robur habet.*

Et libro poſtremo Metamor. ex ſententia Pythagoræ,

*Vetuſtas inuidioſa.*

*Tempus edax rerum, tuq́; inuidioſa uetuſtas*
*Omnia deſtruitis, uitiata'que dentibus æui,*
*Paulatim lento conſumitis omnia morte.*

Propertius quoque libro 3. de Pyramidibus, deorumq́; templis & mauſoleis loquens:

*Annorum aut ictu pondera uicta ruent.*

Et Martial. libro 9. de Partheniana toga:

*Quid non longa dies, quid non conſumitis anni?*

Et Auſonius:

*—Monumenta fatiſcunt,*
*Mors etiam ſaxis nominibus'que uenit.*

Curtius autem lib. 5. Vetuſtas (inquit) non opera ſolùm manufacta, ſed etiam ipſam naturam paulò exedendo perimit. Seneca in remediis fortuitorum ad Gallionem, eleganter tempus vocat omnium ſepulturam. Ex Græcis quoque Sophocles in Aiace:

*Vetuſtas ipſa etiam naturam perimit.*

*Tempus omniū ſepultura.*

Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τὲ καὶ φλέγει. id eſt,
Omnia longum tempus tabefacitq́; & vrit.
Rurſusq́; in eadem fabula,
Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. id eſt,
Omnia longum & innumerabile tempus
Producit in lucem occulta, & manifeſta occultat.
Idem quoque χρόνῳ τὰ πάντα γίνεται, καὶ κρίνεται,
Tempore omnia fiunt, & iudicantur.

*Tempore omnia fiunt et iudicantur.*

Sed & Platonis diſtichon eſt:
Αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν,
Οὔνομα καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην. id eſt,
*Aeuum fert omnia, longum tempus nouit mutare,*
*Nomen et formam et naturam, et fortunam.*
Μὴ δὴ φίλει τὸν ὄλβον, ὃν λύει χρόνος.
Ἃ γὰρ χρόνος δόμησε, καὶ λύσει χρόνος. id eſt,
Gregorius Nazianzenus in diſtichis ſententioſis:
*Ne ama opulentiam, quam ſoluit tempus.*
*Quæ enim tempus condidit, et ſoluet tempus.*

Ob

*Saturnus à poetis traditus filios ſuos deuorare, ac eoſdem euomere.*

*Tẽpus Saturni nomine ſignificatur.*

Ob hãc ſane cauſam Mythici exiſtimant a poetis traditũ Saturnũ filios ſuos deuorare ſolitum, ac eoſdem denuo euomere, interpretãtes id ad tẽpus referri oportere, qđ vt ſupra diximus, Saturni nomine ſignificatur, à quo vicibus cuncta gignãtur & abſumãtur, quæ denuo renaſcantur, vt ſcriptum reliquit Auguſt. de Ciui. Dei lib. 6. c. 8.

*Tempus minuit affectus.*

*Omnia tractu temporis langueſcunt.*

*Maximum remedium iræ, mora.*

Quinetiã tẽpus aut adimit, aut certe minuit impetus, affectus, ac perturbationes animi, alioquin perpetui ac immortales. Omnia, inquit Cornelius Tacitus lib. 19. hiſtoriæ Auguſt. inconſulti impetus cœpta initijs valida, ſpatio langueſcunt. Liuius lib. 2. diem tempusq; ipſum leniturum iras, ſanitatẽq; nonnunquam allaturum ſcribit. Seneca lib. 2. de ira, Maximum remediũ iræ mora eſt. Itaque prudenter ille piſtor Apuleianus lib. 9. Meta. monebat mulierem, vt ſecederet quoad ſpatio feruens maiori animus ſedaretur. Idq; eſt, quod de Leone ſcribit Ouidius libro 4. Triſt. Eleg. 5.

*Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum.*

*Querela Veneris de graui Iunonis ira in Troianos.*

Ex quib. facile cuiq; fit manifeſtũ, nulla re melius quàm tẽpore irã lãgueſcere. Itaq; Venus apud Virg. lib. 5. Aen. cõqueritur Neptuno de graui Iunonis ira in Troianos, quã nec lũga dies mitigaret, nec pietas. Hactenus de ira.

*Dies adimit ægritudinem hominibus.*

*Seruij Sulpitij laus.*

Nunc de dolore & triſtitia loquamur. Euripides in Alceſtide, ὁ χρόνος ἄλγος ἠπιάσει. id eſt, Tẽpus dolorẽ leniet. Et ſimile apud Terentiũ prouerbium vetus adducit Menedemus, Diẽ adimere ægritudinẽ hominib. Tullius lib. 3. Tuſculanarum quęſtionum, Id ita (inquit) eſſe dies declarat, quæ præcedens ita mitigat, vt ijſdem malis manentib non modo leniatur ægritudo, ſed in pleriſque tollatur. Seruius ille Sulpitius, qui vt refert Põponius in l. 2. D. de orig. iur. in cauſis orandis primũ locum, aut certe poſt Marcum Tullium obtinuit, ad eundẽ Tullium ſcribens eum conſolaturus de morte Tulliæ filiæ ſuæ, ſic infert: Nullus dolor eſt, quem nõ longinquitas tẽporis minuat, atque molliat, hoc expectare tẽpus tibi turpe eſt, ac nõ ei rei ſapientia tua occurrere. Cuius ſententiæ meminit è noſtris Barba. in repeti. c. Rayn. quã Ioanninam vocant,

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

vocant. col. lxxiiii. de teſtamẽ. vbi & de morte filiæ ſuæ loquitur, cuius dolorẽ tempus ſibi ſuſtuliſſe aſſerit. Seruium autem ſecutus (ut opinor) Tullius ipſe ad Titiũ ſcribens libro v. Epivolarum familiarum eodam genere cõſolationis vſus eſt. Nã quod (inquit) allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit, id nos prę cipere conſilio prudentiaq; debemus. Seneca quoque ad Luciliũ epiſtola lxiiii. Finẽ (ait) dolẽdi, qui conſilio ſuo non fecerit, tempore inuenient. Idẽ in eo lib, quẽ de cõſolatione ſcripſit ad Martiã: Dolorem dies cõſumit licet contumaciſſimum, & quotidie inſurgentem, & cõtra remedia efferueſcentem: tamen illum efficaciſſimum mitigandæ ferociæ tẽpus eneruat. Et paulo ante vocat remedium naturale temporis, quòd maximas ærumnas cõponit. Nec aliud uult Ouidius libr. iiii. de Ponto, ad Gallionem ſcribẽus, *Finis dolendi ex tempore.* *Dolorem dies conſumit.* *Remediũ naturale temporis.*

*Finitumq́ue tuum, ſi nen ratione, dolorem*
*Ipſa iampridem ſuſpicor eſſe mora.*

Et Quint. lib. vi. Nam cum etiam veros dolores mitiget tẽpus, citius euaneſcat, & c. Et Symmachus in epiſtolis. Fors fiat vt dies longa quandoque hebetet laxatũ dolorem, ſiquidem malis omnibus finis de tempore uenit.

Sed & ad amorẽ veniamus, qui affectus alios omnes vehemẽtia exuperat. Nam, vt dicit text. in §. illud. in authent. quib modis naturales effic. legit, furore amoris nihil vehemẽtius inueuitur, quẽ retinere perfectæ philoſophiæ eſt. Et Cicero lib. iiii. Tuſculanarum quæſtionũ, *Amoris furore nihil uehementius.* Maxime autẽ (inquit) admonẽdus, quãtus ſit furos amoris. Omnib. enim ex animi perturbationib, eſt profecto nulla vehemẽtior. Propterea dicit Bald nõ minus vere, quàm diſerte in l. precibus. colu. vi. verſicu. quid ergo ſi petiit non idoneas. C. de impuber. & aliis ſubſtitutio. ꝙ huiuſmodi affectum intra debitos limites carcerare Philoſophorum eſt, non muliebre. In quam etiam ſententiã Oldra. conſilio cix. regularis habet traditio, colu. ii. verſicu. tertia conſideratio, aduocat teſtimoniũ philoſophi dicentis lib. vii. Ethicorũ, c. iii. hos Venereos appetitus *Venerei appetitus non.*

non-

*nullos ad inſaniam adigunt.* nonnullos in furorem atque inſaniã adigere. Et per hoc quodam modo excuſat quẽpiam, qui vt quadam muliere potiretur, quam deperdite adamabat, imagines quaſdã in eam rem confecerat, ac dæmones inuocarat. Hanc tamen tam furioſa, tam vehementem, tam impotentem, tam imperioſam paſſionem tollit, aut ſaltem lenit tẽpus ipſum. Nam, vt dicebat Crates Thebanus apud Laertiũ, Amorem ſedat fames: ſin minus, tẽpus: quòd ſi hæc duo non ſuffecerint, ad laqueum eſt accendum. Quam ſententiã Baptiſta Pius ex Græco epigrammate ita his verſibus concluſit:

*Cratidis Thebani dictum.*
*Amorem ſedat fames.*
*Laqueus extremum amoris remedium.*

*Sedat aligerum fames amorem,*
*Hoc ſi non ſuperat, domabit ætas,*
*Quæ ſi non rapidum fugabit ignem,*
*Nodatum ſupereſt medela collum.*

*Longa locorum et temporum interualla amoris remedia.*

Idcirco Propertius lib. iii. dicit temporum & locorũ interualla ſenſim ſuos ardores mitigantia ictusque cupidineos ſanatura. Huius carmen eſt huiuſmodi:

*Aut ſpatia annorum, aut longa interualla profundi*
*Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.*

*Tempus cur Deus facilis dicatur.*

Quibus omnibus accommodatiſſimũ eſt, quod Sophocles in Aiace flagellifero ſcribit, tempus eſſe Deum facilem, quòd omnia leniat atque molliat.

*Tempus omnino adimit memoriam.*
*Memoria quid.*

Quid, quòd tẽpus prorſus adimit memoriam, quæ & ipſa eſt vis & diſpoſitio animi, vt placet Auguſtino, aut (ut alii malũt) Hugoni Victoriano, qui in lib. de Anima & ſpiritu ſcriptum reliquit, animam ſecundum diuerſa operationũ officia variis nominib. enuntiari: dicit enim, Anima dum vegetat, & corpus ipſum viuificat, Spiritus dum contemplatur, Senſus dum ſentit, Animus dum ſapit, dum inteligit Mens, cũ diſcernit Ratio, cum recordatur Memoria, dum vult Voluntas. Alibi Cicero libro ſecundo de Inuentione, confirmata Prudentiæ tres eſſe partes, inter quas Memoriã reponit. At tẽpus (inquit) memoriam rem perniciosiſſimam, ſiue ſit animæ diſpoſitio, ſiue ipſa anima, ſiue prudẽtiæ pars, aut quiduis aliud tollit prorſus, atque adimit, obliuionemq; rerum omnium produ-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

producit: affirmante id Iuriſconſulto in l. furtum. §. vltimo, cũ l. ſequen. & ibi not. docto. D. de vſuca. & id quo que aſſerit gloſſ. in l. vlti. & ibi gloſſ. in verbo. vacuum. verſi. ſed quo iure. C. vnde vi. Specul. de peti. & poſſ. §. i. verſi. penulti. & titu. de poſitio. §. ſexto tractandum eſt, verſi. item ſi de ſuo contractu. in fine. Dynus in c. poſſeſſor. & iterum in c. præſumitur. in fi. de regu. iur. libro vi. Barto. in l. ſi res obligata. poſt principiũ, verſicu. hoc au tem quod dicit. D. de legatis i. & in l. qui fundũ. §. ſeruus meus. D. de uſucap. pro empt. & in l. non fatetur. col. pe nulti. verſicu. item lõginquitas. D. de. cõfeſſ. & in l. Celſus. D. de vſucap. & in l. ſi quis delegauerit. §. vltimo. D. de nouatio. & in l. ex cõſenſu, §. eũ qui. ante fin. D. de ap pellat. & in l. ii. §. quod obſeruari. & in §. ſed quia veremur C. de iuramẽ. calum. Bald. in l. i. col. xii. verſi. modo quæro quid de adulto. C. de confeſſ. & in l. ſi minorẽ. C. de in integrum reſtitutio. & in cap. vltimo. colu. penulti. verſic. & qualiter probetur error. extra eodẽ. Signo. con ſilio v. num inter Gabrielem, colum. iii. verſi. item ex lon go interuallo, Ange. in l. qui tabulas. D. de furt. & in §. ſi quis igitur, colu. vlti. in authent. de inſtru. cau. & fide. & in §. illud. in authent. de trien. & ſemiſſ. & conſil. 127. uiſis petitione & reſponſione, verſicu. ſecundo propter tẽ poris prolixitatem, Petrus Anchara. conſil. 133. ſatis inaduertenter. paulo poſt mediũ. Lucas Pen. in l. quicũq;. in xcv. præſumptione. C. de apo. publ. libro x. Raph. Fulgoſ. conſilio xxxix. ad primũ videtur, vbi ex hoc cõſulit in pulcro caſu, Barba. in l. ſi dari ſtipuler, col. antepenul. D. de verborũ obligat. Corneus conſil. cxlii. videtur pri ma facie. colum. v. verſicu. nec prædictis obſtat, lib. iii. & conſi. cclxxviii. in cauſa vertente. col. ii. libr. iiii. Alexan. conſil. vii. videtur prima fronte. colu. iii. verſiculo, ſed in quæſtione noſtra, libro. iiii. Socinu in tractatu fallen. regul. 175. ignorãtia in facto proprio, in ſecũda fallentia, Iaſon in §. ſi quis agens, col. ii. verſic. tertio fallit. Inſtit. de actio. & facit cap. longinquitate. xii. q. ii. Hucque reſpicit illud Menandri:

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

χρόνος δ' ἀναίρει πάντα, καὶ λήθην ἄγει.

*Tempus omnium obliuionem inducit.*

Tempus autem aufert omnia, & obliuionem inducit. Quem ſecutus Virgilius uidetur hiſce uerſibus,

*Omnia fert ætas, animum quoque, ſæpe ego longos*
*Cantando puerum memini me condere ſoles.*
*Nunc oblita mihi tot carmina.*

*Memoria uis animi.*

Inibi enim animũ pro memoria poſuit Virgilius, & Seruius & alii interpretes annotarunt, & ſatis indicant quæ ſequuntur. Nunc oblita mihi, & c. Nam (vt diximus) memoria uis eſt animi, &, vt alii volũt, ipſe animus. Sed & ut uergit quod Paro Pythagori. dicebat tẽpus eſſe rudiſſimum, indocile, ſtultiſſimum; quoniam omnia obliuione deleantur in tẽpore, ut retulit & approbauit Ariſtoteles lib.iiii. Phyſicorum, in fine.

*Cur tempus dicatur rudiſsimum et indocile.*

*Quantum tempus exigatur, ut præſumatur obliuio.*

Et quanquam multi voluerunt relinqui arbitrio iudicis, quantum tẽpus exigatur, ut ex eo veriſimiliter inducatur & præſumatur obliuio, & ita perdatur poſſeſſio, videlicet glo. Iaco. Rauen. Angel. in dicta l. furtum, D. de vſuc. glo. in §. quod autẽ ad eas, in verbo, propter abſentiam. Inſtitu. eod. Innocen. in cap. querelam. col. i. in verbo, de nouo, & ibi quoque Ioan. Andr. de elect. Cyn. in l. i. in prima queſtione princip. C. vbi cau. ſtat, Rota deciſione liiii. nota quòd vbi dicit aliquis, Bald. & Ang. in l. licet. ad fin. C. de acquiren. poſſeſſ. idem Bald. & Ang. in l. i. C. de ſeruis fugit. Baldus in l. ii. colu. vii. verſiculo, ſed quæritur an per negligentiã animi. C. de ſeruitu. & aqu. Imo. & Roma. in l. ſi de eo. §. ſi forte. D. de acquirẽ. poſ. Petrus Ancar. conſil. xcii. tria in fauorẽ, ante finem. Domi. in c. Pontifices. vii. q. i.

Sed multo plures hoc tempus ſpatio decem annorum circũſcribunt, ut ſcilicet ex eo verſimilite rpræſumatur obliuio, & poſſeſſionis amiſſios inducatur. Ita enim voluit glo. Iaco. But. in dicta l. licet. C. de acquir. poſ. Dyn. in cap. ſine poſſeſſ. ad fin. de regul. iuris. libro vi. Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de peti. & poſſ. quo loco ſupra citauimus, Cyn. Barto. & Bald. in l. i. C. de ſeruis fugiti. Bar. & Angel. in dicto §. ſi forte, ibiq; late Alex. co

lum.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

lum.i.& ſequē.qui reſpondet rationibus aduerſariorū, Barro.in l.Celſus. colu.ii.ibi,vel cum negligentia longi temporis,D.de uſucap.Bald.in l.ulti.C.de his qui à non domi.& in l.ſi minorem.C.de in integrum reſtitutio.mi. & in d. l.i.in fi.C.de ſeruis fugiti.& in repetitio. l.edita. colum.iiii.verſicu.incidenter quæritur,ibi,dummodo ſit intra decennium.C.de eden.& conſi.xxxvii.quidā tabellio.colum.vltima.libro i.& conſil.cl.caſus actualiter,colum.penul.lib.2. Roſellus de Roſellis inter cōſilia ipſius Baldi,conſil.445.ſuper prædictis.colum.2.eodem libro 2.Pet.Anchar.conſil.ccxiii.pro iſto patre inſtituto,colum.2.plus etiam aduertendū,& conſil.cccclxiii.primo eliciamus.colum.9.verſic.& aduertendum eſt, vbi hanc dicit communem opinionem.Panormit.in cap.vigilanti.colum.5.& ibi late Felyn.colum.penulti.de præſcrip. idem Panormita.conſilio 18.in cauſa & quæſtione quæ vertitur,in fi.lib.2 & conſil.62 in controurſia orta, colum.antepenulti.eodem lib.2.Paulus Caſtren. in l.3.§.ſi quis nuntiet.D.de acquiren.hæredi.& conſi.10.ſi verba ſunt,libr.j verſicu.ſed ex alio capite, lib.i.& conſi. 284. in facto præſenti pœnam.colum.2,eodem libro i.Barba. conſil.lxxiii.à Ioue principium, colu.iiii.lib.iii.& conſi. xl.clementiſſimum,col.xxiii.lib.iiii.et conſi.liiii.à Ioue principium,colum.penulti.eodē libro 4.& conſilio lix. optaui & datus eſt,col.iii.eodem libro 4.Corne.conſil. lv.uiſis & diligenter ponderatis,col.viii.verſiculo,item videtur quòd poſſit,libro.3.& conſil.179.ex pacto.colum.vltima.eodem libro 3.Maria.conſilio 38.pro deciſione,colu.viii.lib.i.& eius filius Soci.conſi.xlvii.primo præſentis,uerſicu.poſtremo circa principium,eodē libro i.& conſi.cliii.Pulchra,colum.3.verſicul.quinimo attentari poteſt,lib.ii. Franciſ. Aret.in l.i.colum.i.D.ſolut omatrimo.Alexand.conſilio xxxiii.uiſo proceſſu,colum.i.lib.vi.Franciſ.Curt.ſenior conſil.xxxiiii.ſuper eo colum.i.Socinus conſilio cxv.fundata eſt intentio,col. 3.verſic.ſed adhuc uidetur,libro.3. Iaſon in l.i.§.per ſeruum.col.4.uerſicu.item in quantum.D.de acquiren.poſ

ſeſ-

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Decennium proprie longum tēpus appellatur.*

ſeſſio.in ſecunda lectura. Et licet nōnulli ex his ſimplici ter locuti ſint de longo tēpore, taman de decennio vidētur intellexiſſe, quod longum tēpus priuatim nuncupatur, ſecundum gloſſ. in l. cū de in rem verſo, & ibi docto. D. de vſuris. & glo. in l. ſi filius. & ibi docto. C. de petitione hæredita. & in l. litibus. in verbo, colonorū. C. de agri. & cenſi. lib. xi. & in rub. C. quæ ſit long. conſuetu. & ibi Bald. & in l. i. C. de præſcriptio. longi tempo. & in l. vlti. D. ſi ager vectig. & in clemēt. i. de rebus eccleſ. non alienan. & in c. cōſuetudo. xii. diſt. not. Bal. in l. iubemus nulli. in princi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. de quibus. col. ix. verſi. quæro & propter quantū tempus. D. de legib. & Angelus in l. ſi filiofamilias. §. ſi vir. in quinquennium. & ibi Alexand. colu. penulti. D. ſoluto matrimo. Anto. in c. vltimo. extra ne præla. & conſi. 87. apparet quod viuo, colum. penulti. Alexan. in l. ſciendum. colum. 3. D. de verborum obligation. Felynus in cap. ſicut, col. xv. verſicul. & primo aduerte. de re iudica. Bal. & late Felyn. in c. plerunque. de reſcrip. Et hoc confirmat text. in l. ſancimus. C. de teſtament. & in l. cum fideicōmiſſaria. §. Ariſto. D. qui & à quib. Et ex hoc not. uoluit Bald. in l. ſancimus, alias, iubemus, colum. ii. & ibi etiam Raphael Fulgoſ. & Paulus Caſtren. C. de teſtamēt. quòd ſi quiſpiam fecerit teſtamentum, etiam cum clauſula derogātoria, & lapſo poſt decennio aliud faciat. quanuis in eo nullam fecerit mentionem illius clauſulæ, tamen valet hoc vltimum teſtamentum. quòd propter tale teſtamentum præſmitur teſtatorem no recordari de clauſula derogatoria. & id ſequitur ipſe Bald. conſil. xl. ſicut ſapientiſſime conſultum eſt, libro ii. & iterum conſilio xv. viſo ac diligenter conſiderato themate. columna iii. libro iiii. quanuis contra hunc tenent. Franciſcus Areti. & Iaſon in dicta l. iubemus aliàs, ſancimus,

*Teſtamentum prius cum clauſula derogatoria, poſteriore, lapſu decennij tollitur.*

CON-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# CONTINVOS,

## GLOSSA V.

*Quomodo continua poſſeßio probanda ſit.*

SED quomodo probabit huiuſmodi poſſeſſionem cõtinuam, nunquid neceſſe eſt vt teſtis deponat vidiſſe ſe ſemper continueq; & ſine intermiſsione decẽ annos poſſeſſioni rei incumbere? At hoc impoſſibile eſt.l.ſeruitutes,& l.quoties,D.de ſeruitu. Ideo ſatis eſt,vt probet ſe fructus cuiuslibet anni percepiſſe. Nam quanuis fructus certo,& eo quidẽ breui tempore colligantur,tamen qui illos percepit,præſumit̃ toto integro anno percepiſſe,vt not.voluit Specul.titu.de probatio.§.probari autẽ, verſi.ſed quæritur qualiter,qui eſt in col. vlti.& Bald.in addit.& idem Bal.in l.Titia.vbi & Bart.D.de ſolutio.vbi eſt bonus text in verbo,redditus exigit, & idẽ Bal.in l.ſi quis.verſi.quæro qualiter probetur poſſeſſio. C.finiũ regund.& in l.i.col.pen.in fi.C.de ſeruis fugit.per textũ in d.l.Titia. & in l.Pomponius, D. quibus modis vſufruct. amit.& idem Bal.in l.iudicia. C.de rei vendica. Cyn.in l. ſuper.C.de præſcript.longi temp.Bar.in l.2.C.de acquirenda poſſeſſ.& in l.quidã in ſuo. D.de conditio.inſtitu. & in l.1.& ibi quoque Franciſc.Aret.col.j.D.ſoluto matrimo.Floria.in l.i.col.2.ad finem, D.famil.erciſcundæ. Raph.Cuma.conſil.104.quæritur, in principio. Fulgoſ. conſi.161.in cauſa Iacobi in princi.Roma.conſi.70.viſis themate,colum.penult.verſicu. ſecundo quia probatum eſt,vbi etiam dicta iura allegat,& præterea l.qui vniuerſas.§.quod per colonum,D.de acquir.poſſeſ.& l.litibus. C.de agrico.& cenſi.lib.11.Franciſ.Cremen.qui hoc ex Specul. vbique reputat ſingu.not.132. Ioan. Ferrarien. titu.de forma reſponſionis rei conuen.in verbo,præſcriptionis.colum.8.Lanfran. Oria.in repetitio.c. quoniam contra falſam.in materia teſtium,verſi.tertio venit probanda poſſeſſio, de proba. Bellem. ſubobſcure deci.34. incip.valet articulus.Barbat.conſilio 8.ſcribitur præclare,colum.2. verſi.pręterea accedat.lib.i.& conſi.50.hoc



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

exordio illud afferam, col.6.verſi.præterea eſt aduertendum, eo. lib.1. & conſi.11. quod eſt ſimilis initij, col.4. verſicu. capio modo partem. lib 2. & conſil.18. præclare ſcriptum eſt, colum. penul. verſic. præterea faciat, eod. lib.2. & conſil.36. ſapienter ſcripſit, colum.2. eodem lib. 2. & conſil.70. præclare ſcribitur, colum.7. eodem libr.2. vbi ad hoc multa allegat. & conſil.35. in minimis quoque rebus, colum.3. libr.3. Alexand. conſil.25. attentis narratis, colum. 3. verſicu. eſt etiam probatum, lib.5. & conſi.161. viſo, lib.6. Socy. conſi.131. in præſenti, circa princ. libr.1. & conſil.187. in controuerſia, verſi. ſecundo, Philip. Dec. conſi.2. ex perceſsione.

*Ad probandam poſſeßionẽ fructuũ perceptio non requiritur.*

Neque tamen neceſſario requiritur ad probandã poſſeſsionem, vt fructuum perceptio probetur, quãuis illud ſit principalius, ſed ſufficit, vt probetur quòd quis fecit terrã ſeminari, arari, coli. Ita voluit gloſſa in d.l. ſi quis, in verbo, finiatur, & ibi ſequitur, C. finium regund. & illã dicit ſingul. Lanfran. in repetitio. d. cap. quoniam cõtra falſam, vbi ſupra citauimus, qui & alios modos probandi poſſeſsionem ponit, vt ibi per eum videre licet. Tamen ſi quis probaret ſe fundũ coluiſſe, alter collegiſſe, hic obtinebit, quia in perceptione fructuum conſiſtit efficacia, vis, & vtilitas poſſeſsionis, & licet qui ſeminauit præuenerit, tamen iuſtum eſt rem à fine denominari, & ſæpe contingit, quòd alter ſeminat, alter metit. Ita ferme ad verbum voluit Bal. in c. licet cauſam, col.3. & ibi poſt eũ Fely. col.7. verſic. & ad iſtam tertiam cauſam, extra de probatio. Quanuis idem Bald. tenuerit contrarium, in l. arboribus. §. ſi agrum. D. de vſufruct. hac tantum ratione, quod qui arauit eſt antiquior. Sed tene priorem ſententiam per ea quæ iam diximus.

*Vis poſſeßionis conſiſtit in perceptione fructuum.*

*Denominatur res à fine.*

*Vtrum in probanda continua poſſeſsione ſufficiat initium et finis.*

Sed nunquid ſatis erit, ſi probauerim me poſſediſſe primum annũ decem annorum, & poſtremum eorum, vt videar totos integros ac continuos decẽ annos poſſediſſe? Barb. dicit non ſatis eſſe, in conſ.8. ſapienter, col.10. in ſi. cũ princip. ſequen. lib.2. per tex. & gl. in c. accedentib. de priuileg. Sed quomodo intelligatur d. text. & glo. dicam poſtea.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

poſtea. Nam omnium ferme eſt ſententia, ſufficere proba ri initium & finem. Ita enim voluit Speculator in dicto titulo de probatio. §. probari autem. verſic. ſed quæritur qualiter, Barb. in l. ſicut. §. ſuperuacuũ. D. quibus modis pig. vel hypotheca ſol. & in l. Celſus, col. pen. verſi. quan do dicatur cõtinuata poſſeſſio, & ibi etiam Roma. D. de vſucap. Bald. in l. teſtium, col. vlti. verſic. quærit hic Cyn. C. de teſtib. & conſi. 248. proponitur quòd Ioannes Pau lo ante ſi. lib. 2. Anto. & Panormi. in dicto cap. accedenti bus, de priuileg. Anto. & Imo. in procemio Decretal. Pe trus Anchar. in cap. j. col. 6. de præſcriptio. lib. 6. & conſ. 5. pro parte nobilis viri, circa medium. Roma in l. ſciendum, col. 20 de verborum obligatio. Lanfran. in dicta re-petitio. d. c. quoniam contra falſam. verſicu. citatum, Ale xand. conſi. 89. excellentiſſimi Iuriſconſulti, colum. vlt. libro 5. Matheſ. notab. 117. nota mirabilem doctrinam, Barba conſi. 22. ſapienter ſcripſit, colum. antepenul. ver ſicu. præterea adduco, eodem libro 2. & conſilio 17. le 2. à Ioue principium, colum. penulti. libro 3. & conſil. 18. clementiſſimum Deum, colum. 8. libr. 4. Felynus in cap. inter dilectos, columna 4. verſiculo ex quibus inferri ſo let, de fide inſtrumen.

*Ex extremis probanda media.*

Idq; regulare eſt, vt ex extremis probentur media, id eſt, talia præſumantur eſſe media, qualia ſunt extrema. l. talis ſcriptura, uerſi. ſi in annos. Innoc. gloſ. & ibi Bal D. de legat. j. l. ſed & ſi. § ſolemus. D. de hæredib. inſtituen. & cap. quia ſunt, & ibi glo. 28. diſtinctio. & cap. legem, & ibi etiam gloſſ. 53. diſtinctio. gloſſ. in cap. accedens, de cõ uerſ. coniuga. & in c. per tuas, in verbo, præſumendum, de condit. appoſit. & in c. ex parte decani, in verbo, man dato. & ibi Imol. colum. 13. de reſcript. in cap. iudicans, 16. quæſt. 4. & in cap. in die reſurrectionis, in verbo, Ro mã, de conſecra. diſtinct. 5. & Specul. titu. de inſtrument. edit. §. nunc dicemus, verſic. illud autem ſcias, Bald. in l. omnes. §. ſi vero. C. de epiſco. & cleric. Barb. conſ. 16. ſcri ptum eſt, colum. 10. lib. j. & conſilio omnium poſtremo, ſapientiſſimus refert, colum. 4. verſic. præterea faciat, li-



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

bro 4. & c. Theologis. lib. 3. Sēten. diſtinct. 3. articulo primo, quæſt. 2. in fi. vbi hoc luculenter intelligit procedere, cum medium illud aptum eſt confici ex extremis ſecundum debitum ordinem & congruentiam.

*Poſſeßionis initiū probare ſatis eſt.*

Imo etiam in hoc caſu ex multorum ſentētia ſatis eſt probare initium poſſeſsionis. Nam ſi allegetur continuatio ipſius, præſumetur ad præſcriptionē inducēdā, vt expreſſe in hoc caſu voluit gl. poſt Hugo. & Placē. in l. ſiue poſsidetis, & ibi etiam Petrus & Docto. Bal. Salic. & plerique omnes. C. de probatio. Ioan. Andr. Anto. & Panormita. in c. cum ad ſedem. de reſtitutio. ſpolia. Cyn. in l. ſuper. C. de præſcript. longi tempo. Specu. in dicto verſi. ſed quæritur qualiter, *Bar.* in l. *Celſus. vbi ſupra.* Ioānes Fab. in §. i. colum. 2. verſi. ſed quomodo probabitur, Inſtitu. de vſucapio. Panormit. in cap. cum eccleſia. colum. 5. verſic. aduerte latius, de cauſa poſſeſſ. & proprietat. & in d. cap. accedentibus, colum. vlti. de priuileg. & in dicto c. accedens. circa medium, de conuerſ. coniugat. Nā, vt dicit Panormita. in dicto c. accedentibus, cum amiſsio poſſeſsionis ſit quid accidens, cū requiratur animi deſertio, & facta nō præſumantur, imo ſemel poſita qualitas præſumitur adeſſe, per c. vlti. de præſcriptio. & c. ſi forte. de electio. lib. 6. & not. in cap. ſemel malus. de regul. iur. lib. 6. Ideo qui ſemel poſſedit, præſumitur & ſemper poſtea poſſediſſe, ſi alleget, vt præter eos, quos citauimus ſupra, voluerūt Archidia. in c. Pōtifices. 7. quæſt. i. Specul. & Ioan. Andr. in titu. de petit. & poſſeſſ. §. i. verſicu. vlti. Cy. Bal. & Salice. in l. ingnorantib. C. ad exhiben. Bart. in l. quidam in ſuo. D. de conditio. inſer. Bal. & Salic. in l. iudicia. in fi. C. de rei vendicatio. Bal. in l. ſi minorem. C. de in integrum reſtitutio. Salice. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. Panormita. in cap. olim. le 2. col. i. de reſtitu. ſpoliato. Alexand. conſil. 233. viſo proceſſu. col. 2. lib. i. Sed id quomodo intelligendum, late videbis per omnes in dicta l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. & in dicto c. cum ad ſedem. de reſtitutio. ſpolia. & per Alexand. ſi is eſt, in addi. Bar. in d. l. Celſus.

*Amißio poſſeſſionis eſt quid accidens.*

*Facta non præſumuntur.*

*Semel poſita qualitas præſumitur adeſſe.*

*Qui ſemel poſſedit, præſumitur et ſemper poſſediſſe, ſi alleget.*

Sed

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Sed parum abfuit quin pertrãſierimus multos ex his, qui dixerunt ſatis eſſe ad præſumendam poſſeſsionẽ certum tempus, vt principium & finis probetur, in eam rem allegare, gloſſ in c. volumus. 16. quæſt. 4. quæ tamen non id ita ſimpliciter dicit, ſed illud tantum, quòd ſi quis probet poſſeſsionem totius temporis, quaſi videlicet non ſatis ſit probare principium & finem, niſi medium quoque aliquod probetur. Sed certe nulla medij temporis probatio requiritur ex omnium opinione, niſi quis inniteretur præſcriptioni longiſsimi temporis triginta vel quadraginta annorum, quia tũc neceſſario oporteret poſſeſsionem cuiuſque decennii ſcilicet primi anni, & decimi, & viceſimi, & triceſimi probare, ob id quòd poſſeſsio ciuilis, quæ animo retinetur, & quæ ſola ſufficit ad præſcriptiones, præſumatur durare ad decem tantum annos, ex quibus obliuio præſumitur, niſi appareat de naturali poſſeſsione, vt late diximus in glo. præcedente, ante finem. Ita voluit expreſſe Matheſi. dicto not. 118. & ſequitur Alexand. in additio. Barto. in dicta l. Celſus.

*Medij temporis probatio non requiritur, initio et fine probatis.*

*Poſſeßio ciuilis ſufficit ad præſcriptiones.*

*Poſſeſsio ciuilis animo retinetur.*

Illud autem, quod diximus ſatis eſſe probare principium, & finẽ, forte intelligendũ eſt in ea tantum poſſeſſione procedere, quæ ſolius præſcribentis factũ aut animum requirit, alterius autẽ nihil præter patientiã, vt cũ quis domũ aut fundum poſsidet. Non etiam cum debet interuenire factum alterius, vt in ſolutione cuiuſpiam rei annuæ, tunc enim videretur non ſatis eſſe probare ſolutionem primi & poſtremi anni, ac nec ſimul alicuius medij, vt præſumeretur ſoluto integrorũ decem annorum. Sed neceſſe eſt, vt probetur ſolutio facta quolibet anno, per text. loquentem in ſolutione decimarum, in dicto c. accedentib. in illis verbis, vnde continue debent iſti probare &c. de priuileg. & ibi glo. in verbis, per quadraginta annos, in fin. Ita illum textum intelligit, cum dicit, vnde continue debent iſti probare perceptionem decimarum quolibet anno, vt dicit textus. Et huius rei manifeſta eſt ratio diuerſitatis, nam primũ illa facilius retinetur & cõtinuatur, vtpote ſolo animo poſsidentis, aut certe facto ipſius.

*In qua poſſeßione ſufficiat principium et finem probare.*

*Ad probandum annuum reditũ probanda eſt ſolutio quolibet anno facta.*



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

ipſius. Hæc præterea factum alterius requirit, ideo non ita facile obtinet, per nota. in l. cum de in rem verſo. D. de vſuris. Idq; maxime procederet, vbi ageretur de præſumendo titulo ex poſſeſsione decennali, iuxta dictam l. cum de in rem verſo, quia aliter duæ præſumptiones circa idem concurrent, contra nota. in l. j. C. de dot. promiſ. cum ſimilibus. Vna quòd ex ſolutione primi, medij, & vltimi anni, præſumeretur ſolutio omnium decem annorum. Altera, quòd ex eiuſmodi præſumpta ſolutione decem annorũ præſumeretur titulus allegatus, ex dicta l. cum de in rem verſo. Quanquam Panormita. in dicto c. accedentibus, ita de ea re loquitur, vt videatur velle contra dictam gloſſ. ex ſolutione primi & vltimi anni præſumi ſolutionem medij temporis. Id quod etiam tenet expreſſe Paul. Caſtr. nuncupatim loquens in caſu dictæ l. cum de in rem verſo. conſil. 51. in caſu ſpectabilium virorum, circa medium. libro 2. ideo cogita.

*Duæ præſumptiones circa idẽ nõ concurrunt.*

*Ex ſolutione primi et ultimi anni præſumitur ſolutio medij temporis.*

## Inter præſentes, Glo. VI.

FRVSTRA fuerit hic tractare, qui dicantur præſentes vel abſentes, vt contra eos currat præſcriptio decẽ vel viginti annorum, cum de hoc textum habeamus expreſſum in l. vltima, & ibi gloſſa & dicto. C. de longi temporis præſcriptio. & late per Ioan. Fab. Ang. Aret. in §. j. Inſti. de vſucap.

*An abſens, vel præſens præſumatur, contra quem præſcriptum eſt.*

Sed poſſet quæri, an in dubio is, cõtra quem præſcriptũ eſt, præſumatur fuiſſe præſens, an bbſens. Iaco. But. in d. l. vltima, dicit, quòd qui vult probare præſcriptionẽ decem annorũ, neceſſe habet probare præſentiam, cũ ſit fundamentũ ſuæ intentionis, quia præſcriptio cõpletur decennio inter præſentes, ergo hæc duo copulatiue debent probari, & quia etiam præſentia eſt facti, & nõ præſumitur, niſi probetur. l. in bello. §. factæ, D. de capti. & poſtli. reuer. & quia ex eo quod negatur præſentia, alleganti eam incumbit onus probandi, l. ei qui. D. de probatio. & ſequitur Ange. in l. penul. C. quibus non obſt. longi

*Præſẽtia eſt fundamentum præſcriptionis decẽ annorum.*

*Præſentia eſt facti, nec præſumitur.*

*Præſentiã alleganti incumbit probatio.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

gi tēporis præſcriptio. Tamen ſi probatur quòd ambæ partes ſint eiuſdē ciuitatis, ſatis fundata eſt intētio eius, qui nititur præſcriptione decem annorum, ex ſententia eiuſdem Ang. & Bal. in l. emptor. C. de lōgi tempo. præſcriptione. & Corneus conſi. 50. in cauſa & lite vertente, col. vlti. verſic. & licet in dubio, lib. 2. Socyn. conſil. 121. viſa contingentia, poſt princip. lib. 1. Nam & quis in dubio præſumitur eſſe præſens in eo loco vbi habitat, ſecū dum Imo. Alexan. Fran. Are. l. is poteſt. D. de acquiren. hære. cum multis concordantibus à me collectis in tractatu de legib. connub. in glo. 6. in 2. quæſt.

*In dubio præſumitur quis eſſe præſens in eo loco ubi habitat.*

## Redditus aut alias ſeruitutes, Glo. VII.

QVID ſi creditor, cui debetur annuus aliquis reditus, agat hypothecaria aduerſus tertium, qui poſſet fundum obligatum ſpatio decem, vel viginti annorū, an iſte tertius poterit ſe tueri huiuſmodi præſcriptione? Et videtur non eſſe dubium, cum tertius præſcribat hypothecariam ſpatio decem vel viginti annorum. per textum in l. an vitium. in fin. & in l. creditor. D. de diuer. & tempora. præſcrip. & in l. i. vbi gloſſa & docto. & iterem in l. 2. C. ſi aduerſus credito. oppona. præſcr. & in l. ſi obligata. & ibi etiam glo. C. de euictio. & no etiam gloſſ. in l. cum notiſsimi. C. de præſcriptio. triginta annorum. & in l. j. §. cum prædium, & ibi Barto. colum. 2. verſicu. ex prædictis cōcluditur, D. de pignor. & in §. item Seruiana. in verb. nihil, Inſtit. de actio. & ibi etiam Ioan. Fab. Angel. Areti. & recentiores qui id quoque dicant procedere non obſtante iure nouiſsimo, quo mala fides authoris nocet ſucceſſori in huiuſmodi præſcriptione longi temporis, per authenti. malæ fidei. C. de longi temporis præſcriptio. Ideoq; videtur. cū author, qui erat debitor, fuerit in mala fide, quòd non poſsit tertius poſſeſſor ipſius ſucceſſor præſcribere longo tempore, quod & idem tenuit Iaco. Aret. Cyn. Bal. Ang. & Salicet. in dicta authentica,

*Hypothecaria præſcribitur ſpatio decē uel viginti annorū.*

*Mala fides authoris nocet ſucceſſori in præſcriptione longi temporis.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

malæ fidei,& per l.ſequitur.§.ſi rē.D.de vſucapio.& Ol dra.conſi.19.thema tale eſt,quidam paterfami. Specula. titu.de præſcriptio.§.i.verſicu.quid ſi debitor.& Angel. Areti.in §.furtiuæ.Inſtitu.de actio. & in §.ſed iſtæ, col. 16.Inſtitu. de actio. Nam dicta authenti. malæ fidei, vt ipſi dicunt, non loquitur in domino debitore qui alienat,ſed in non domino poſſeſſore alienante.

*Actio perſonalis contra debitorē nō admitur creditori per præſcriptionem.*

*Creditor nō agit contra tertium,niſi principali debitore excuſſio.*

*Non ualenti agere,aut impedito de iure non currit præſcriptio.*

Verum Alexan.conſil.58.viſo & perlecto,paulo ante finem, lib.2.aſſerit ea iura quæ ſupra in principio allega uimus,loqui ſecundū ea tempora,quib.ius erat creditori agendi cōtra tertium poſſeſſorem principali reo non excuſſo,vt cauetur in dicta l.proſecutione. C.de pigno.cū ſimil. Et ideo dicit text.in d.l.i.in fin.C.ſi aduerſus credito.oppo.præſcri. ꝙ creditori, cui obiecta eſt præſcriptio à tertio poſſeſſore,remanet actio perſonalis aduerſus debitorē. Sed cum hodie ſi non poſsit agere creditor contra tertium,niſi ipſo principali debitore excuſſo,per authenti.hoc ita ſi debitor.C.de pignor. Et non valēti agere,non currat præſcriptio. l.i.in fi.C. de annal. præſcriptio.cū ſimilib.quoniā nec impedito impedimento iuris non currit præſcriptio ipſo iure,vt voluit Bart.in l.i.§.ſi quis autē,D. de itinere actuq; priuato. Ideo creditori cōtra tertium poſſeſſorē non currit pręſcriptio, niſi à tēpore quo facta fuit excuſsio principalis rei, quia & ante agere nō potuit,nec obſtat,inquit Alex.ſi dicatur,quòd ſua culpa & negligentia non potuit agere contra tertiū, quia maturus & longe ante potuit,& debuit agere contra debitorem principalem, & illum excutere, ideo ſibi imputandum,ſi non fecerit. Nam etiam cum impedimentum culpa impediti proceſsit, tamen non ei currit præſcriptio,per textum,quem dicunt ſingul. in c.quia diuerſitatem,& ibi glo. de conceſ.præben. Imo nulla (ait)culpa hic eſt,aut certe minor,quàm ibi. Hæc Alexan.

At dicet quiſpiam,Alexan.loquitur in meris terminis iuris, nullo extāte ſtututo, hic vero ſtatutum habemus, quòd qui rem immobilem poſſederit decē annos,eā poterit præſcriptione tueri aduerſus omnes,qui eā peterēt

aut

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

aut ius aliquod ſuper eam prætenderent. Ideò cũ verba conſuetudinis (ſi ita malis appellare) ſint clara ac perſpicua, alia interpretatione nõ indigent, nec eſt ſuper his vllo pacto hęſitandũ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis, & l. non aliter. D. de legati iii. l. illam. uerſicu. de modo. C. de collationib. l. ancilæ. C. de furtis. cap. vtimo. de verbo. ſignific. & cap. ii. de regulis iuris. Cumq; ſint generalia. & generaliter interpretanda, l. in fraudem. §. vltimo. D. de milit. teſtamen. cũ ſimilibus. Et præſertim, vt cõſuetudo non ſit ſuperuacanea, ſed aliquid addat iuri communi, iuxta nota. in l. iiii. §. prætor. D. de dam. infect. cum multis concor. à me alibi copioſiſſimê congeſtis.

*Interpretatione non egent clara uerba.*

Verum ego etiam in caſu noſtræ conſuetudinis nõ diſceſſerim ab hic Alexan. ſententia, ſi ea vera ſit in terminis iuris communis, quin & hic locum habeat. Nam conſuetudo, aut ſtatutum debet reduci, quantũ fieri poteſt, ad limites iuris communis. l. ii. C. de noxal. actio c. cum dilectus. de conſuetud. not. Innocen. in c. quia cauſam. de præſcrip. & Bar. in l. omnes populi. D. de iuſtitia & iure. cũ ſimilibus. Item conſuetudo ſiue ſtatutum loquens in terminis iuris cõmunis recipit omnes limitationes & exceptiones iuris. d. c. cum dilectus, & c. ad audientiam. de clericis non reſiden. cũ ſimilibus. Sicut ergo præſcriptio iuris communis non currit contra impeditum, aut non valentẽ agere, ita nec præſcriptio conſuetudinaria, ſiue ſtatutaria, ut etiam nuncupatim voluit Baldus in authenti. niſi tricennalis. C. de bonis mater. & Socinus cõſilio cxxi. viſa contingentia, columna i. & Felynus in c. ex tranſmiſſa. de præſcriptio. Præſertim cum non ſit præſumendum eos, qui huiuſmodi conſuetudinem introduxerunt. uoluiſſe ius alterius ſine cauſa auferre, quod feciſſent, ſi ita intellexiſſent, vt cõtra nõ valentem agere curreret præſcriptio, quod nõ eſt dicẽdũ, cum nõ debeamus præſumere iniquitatẽ aut iniuſtitiam in lege, ſtatuto, aut cõſuetudine. argu. nota. in l. quoties. C. de preci. Impe. offer. & in l. ii. §. ſi quis à princi. D. ne quid in loco publi. & in c. ſuper eo. de officio delega. Lex etiam debet eſſe iuſta

*Statutum reducendum eſt ad ius commune.*

*Statutum conueniens cum iure commun, recipit eius limitationes.*

*Præſcriptio iuris cõmunis, aut moribus inducta, contra quos non currat.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Lex iuſta eſt, rationabilis et honeſta.*

*Statutum quando recipiat interpretationem reſtrictiuam.*

iuſta & rationabilis & honeſta. c. erit autẽ lex. iiii. diſtin. & l. leges. C. de legib. & quod notat Bar. in dicta l. omnes populi Item ſtatutum recipit interpretationem reſtrictiuam, quando aliter intelligendo quis damnũ ſine cauſa pateretur, dicta l. ii. C. de noxal. actio. & l. vt gradatim. D. de muner. & honor. & plene per Bartolum in dicta l. omnes populi Quin potius ſtatutum debet eſſe inane & fruſtratorium, quam ut cũ alterius iniuſto damno addat iuri communi, ſecundum gloſſam, quam omnes fere intelligunt ita in l. ult. §. in computatione. C. de iure deliberandi, cum cõcordantiis ibi adductis à recentioribus.

*Conſuetudo ius ampliat.*

Quanquam & hæc noſtra cõſuetudo in multis aliis operabitur vltra ius commune. Primum quod ampliat l. cũ de in rem uerſo. D. de uſuris. quæ ex multorum ſentẽtia nõ procedit cũ interuenit ſola patientia, ut plenè dixi in principio gloſſæ quartæ. Et licet multi tenuerint contrarium. tamen ſatis operatur quod in diuerſitate opinionũ alteram expreſſim ſequi cenſuit. Item quia cũ ex præſcriptione decem & viginti annorum à iure communi introducta acquiratur tantum vtile dominium, vt per gloſſ. & doctores in authentica, niſi. trincennalis. C. de bonis maternis. cum concordantiis adductis per Felynũ in rubrica de præſcriptionibus columna. ii. tamen ex hac noſtræ conſuetudinis præſcriptione acquiretur directũ, ex ſententia Bartoli, Romani, & aliorum in l. ſecunda, D. de vſucapionibus. & ibi recentiores. Et ſufficit vt ſtatutum, ant conſuetudo aliquid vel minimum vltra ius commune operetur. ſecundùm omnes in dicto §. in computatione.

*Ex præſcriptione longi temporis utile tãtum transfertur dominium.*

Hanc meam ſentẽtiam fulcit, quod latè atque eleganter, cùm ex facto incidiſſet, conſuluit Panormitanus in huiuſmodi ſpecie. Titius mihi domum vendidit, promiſitq́; de euictione, in idq́; ſua bona obligauit, deinde fundũ Mæuio vãdidit, qui illum decẽ vel viginti annos poſſedit. Demũ domus fuit à me euicta, an ſi agã cõtra Mæuiũ hypothecaria, poſſit ſe Mæuius tueri præſcriptione. Videbatur

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

debatur ꝙ ſic, tũ iuribus ſupra in princip. allegatis, tũ ex ſtatuto. Nam in caſu Pan. extat ſtatutũ huic noſtro ſimile. & concludit ipſe Panor. conſi. xxii. quidã Ioan. de Senis, lib. ii. Contrarium temen ſuſtinetur ratione inuincibili nam impedito de iure nõ currit præſcriptio, dicta l. i. in fin. C. de annali excep. & l. in rebus. C. de iure dotiũ. & dicto c. quia diuerſitatem. Idq; præſertim quando impedimentum contingit, antequã eſſet inchoata præſcriptio, iuxta theoricam Barto. in l. Senatus. D. de offic. præſidis. Sed certum eſt, quòd ego nõ potui agere antequã domus euinceretur, licet etiã diceretur eſſe aliena. l. qui rem, & l. ſi poſt. C. de euictio. Ergo hactenus nõ habuit locũ præſcriptio. Præterea præſcriptio cũ bona fide eſt partim inducta in fauorẽ præſcribentis bona fide, & partim in odium negligẽtis ius ſuũ proſequi. c. præſcriptionum, xvi. queſt. iii. & quod not. Barto. in l. i. ff. de vſoc. & in l. nemo põt. D. de lega. i. & Dyn. in c. poſſeſſor. de regul iur. lib. vi. Sed hic nulla mihi poteſt imputari negligentia, cũ ante euictionem non poterim experiri. ergo cum deſit fundamentum atque ratio præſcriptionis, deeſt quoque præſcriptio. Et maxime cũ textus in dicta l. i. C. ſi aduerſus credito inuiatatur diuturno ſilẽtio creditoris nunc hypothecariam intentantis, ſique illum reſpiciat, qui cũ agere & proclamare potuiſſet, negligẽter tamen ſiluit. Neque enim poſſunt illa verba adaptari ad eũ qui proclamare nõ potuit. Nã dici nõ poteſt ſilere, qui loqui nõ poteſt, ſicuti nolle illius, qui uelle poteſt l. eius. D. de reg. iu. & is dicitur inteſtatus, qui teſtari potuit. l. i. D. de ſuis & legi. & facit quod in ſimili notatur per doct. maxime per Bar. in l. i. D. quod vi aut clã. ſed & quòd cõtra creditorẽ habentẽ hypothecariam, iuſtaq; cã impeditũ non currat præſcriptio, eſt caſus ſecundum vnum intellectum in l. cum poſtulaſſem. §. vltimo. D. dẽ damno infect. & not. glo. in dicta l. i., C ſi aduerſus credi. Ad ſtatutũ autem reſpondet Panormit. eo ferme modo, quem ſupra diximus. Sed illud nõ prætermiſerim Alex. in

*Præſcriptio non currit impedito ante illius inchoationem.*

*Actio de euictione competit, niſi re euicta.*

*Præſcriptio inducta in fauorem præſcribentis, et odium negligentis.*

*Sublato fundamẽto tollitur effectus.*

*Silere non dicitur, qui loqui non poteſt.*

*Nolle dicitur, qui uelle poteſt.*

*Inteſtatus dicitur, qui teſtari potuit.*

*Contra creditorem habentem hypothecariam quando non currit præſcriptio.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in alio loco conſuluiſſe contrariũ eius quod ſupra ex eo dem diximus, videlicet conſil. ccxx. ponderatis his quæ in ſuperiore, col. vltima, libr. vi. hac ratione motus, quòd antequam facta ſit excuſſio debitoris principalis, cõpetit actio hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorem. Eſt tamen verum, quia ipſe tertius poterit opponere ante litem cõ teſtatam exceptionẽ ordinis, ſed ſi nõ opponat, valet iu dicium: ut not. Barto. in l. ii. vbi gloſ. C. cõmuni diuidun. cum multis ſimilibus. Et ſic cum poſſet intentari actio, & in iudicium deduci, nihil repugnat, quin currat præſcriptio, potiſſimum (inquit) ſi debitor eſſet non ſoluendo, li cèt hoc certum non eſſet: quia fuit in culpa creditor, ſi non egit, & excuſſionem non fecit contra principalem, dicto c. quia diuerſitatem, cum gl. in verbo, ſuſpenſionis, de conceſſi. præb. & c. ſi ante, de reſcrip. hoc Alex. qui ex diametro ſibi repugnat: ideò cogita.

*Exceptio ordinis quando opponenda.*

Sed rurſum quæritur, Petrus mihi vendidit decem au reos annuos, in idq́; domum obligauit, quam poſteà alteri vendit, qui illam poſſedit decem aut uiginti annis, quibus Petrus ille mihi ſoluit annuatim decẽ aureos: poſteà ceſſat ſoluere, ob idq́; volo agere hypothecaria contra il lum domus dominum, ac poſſeſſorẽ, an poterit ſe defen dere præſcriptione? Vide Specul. titu. de præſcriptionib. §. 1. verſic. pone, colonus vel emphyteuta, & in tit. de locato. §. nunc aliqua, verſic. 44. Gulielmus Cuneus, & Bal dus in l. ſolennibus, C. de rei vendicatio. Bal. in l. arborib. §. qui tamen, D. de vſufruc. Henri. Boh. in c. vigilanti. de præſcriptionib. Ioannes Faber in l. 1. C. de bonis mater. Alex. conſilio 71. videretur, columna vltima, libro primo, Iaſon in l. 2. C. de iure emphyteu. & Chaſſe. in conſuetud. Burgund. titu. *des cenſes*, §. 2. columna 15. verſicu. nunc ſuccedit, vſque ad finem.

Credetur

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

# Credetur ei de ſuo ſupradicto titulo, ſi de eo fidem iureiurando faciat. Glo. VIII.

HAEC noſtra conſuetudo luculẽter interpretatur l. cùm de in rem verſo, D. de vſuris, quæ ex poſſeſſione decennali facit præſumi titulum allegatum, tanquam ſci licet ſine alia probatione credatur ei, qui ſe dicit habere titulum ob poſſeſſionem decennalem. Sed & noſtra con ſuetudo addit iuramentum poſſeſſoris, quod & forte in caſu in d.l. requiritur. Eſt enim generalis noſtrorum ſen tentia, quòd ubi propter diuturnitatem temporis præſu mitur titulus, ſiue quoties alicui creditur aſſerenti ſe ha bere titulum, de eo tamen fidem iureiurando faciat, ne ceſſe eſt. Ita voluit Petrus Anchara. in cap. 1. de regulis iuris, libro 6. ad id citans Gaſpar. Calde. idipſum volen tem, argumen. cap. vltimi, de conſuetud. & cap. 2. de teſti bus. & ſequen. Felyn. in cap. illud, colum. 3. verſicu. eſt ta men circa prædicta. de præſumptio. & in c. ſicut, colu. 17. & primò aduerte, de re iudica. Et de hoc uidetur eſſe tex tus expreſſus, & valde ſingul. ad declarationem dictæ l. cùm de in rem verſo, in c. dilectio. & ibi glo. in verbo, offerre, 16. q. 3. Idq; adiuuat, quod ſcribunt Hoſtien. Imol. Panormita. Ioan. Ana. & Fel in c. licèt Hely. de ſimo. intelligentes id quod dicitur, præſumi titulum beneficii ex poſſeſſione decem annorum, ut ſcilicet ſatis ſit eum titu lum probari per iuramentum.

*L. cum de in rẽ verſo, explicantur. Præſumitur titulus ex poſſeſſione decennali.*

*Titulum ſe habere adſerens iuret.*

*Probatur titulus beneficij per iuramentum.*

Quam & ego ſententiã generaliori regula confirmo, videlicet, vt nõ ſolum in aſſertione tituli illud procedat, ſed & alias, quando lex, ſtatutũ, pactum, aut quæuis alia diſpoſitio vult ſtari dicto alicuius, intelligitur iurato, nõ alias. Ex quo glo. in l. apertiſſimi, in verbo, recuſare, ibi, & nota hic, poſteaquam recenſuit opi. Ioan. qui dicebat ſufficere aliquem aſſerere ſimpliciter iudicem ſe ſuſpe ctum habere, ſine alia probatione, per textum ibi, in ver bo, putare, & in verbo, ſuſpicionis, & alia iura q̃ allegat. Tandẽ ſubiunxit, hmõi recuſantẽ debere ſuã aſſertionẽ

iuramen-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

iuramento firmare. Et quāquam in ea gloſſa nihil ad hoc allegat, non deſunt tamen tex. hanc noſtram doctrinam comprobantes, & primo textus eſt in eam omnium optimus in l. Theopompus, in verbo, iuratus, D. de dote præleg. vbi id notat Bar. academiæ noſtræ legalis ſine cōtrouerſia princeps, ſicut facit Ant. in c. veniens, le j. & ibi Felynus colum penulti. de teſtibus. & idem Ant. in c. finem litibus, colum. penult. de dolo & contuma. Ex eoq; notat Bal. vir acutus æquè ac doctus, in c. tuis, de teſtibus, ꝙ iurare debet is, cuius teſtimonio quiſpiam ſtare promiſit, & ſi de iuramento nihil dictum fuerit. Alibi quoque eiuſdem tex. authoritate, idem Bald. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, in prin. D. de iureiurand. tradit, quòd ſi ex pacto ſtandum ſit de aliqua re dicto. teſtatoris, debet creditor iurare. Quin plus dicit ibi in lect. antiq. quòd ſi conuentum ſit, quòd ſimplici dicto creditur, tamen iuramentum interponendum eſt, per dictam l. Theopompus, quod & idem voluit Baldus ipſe in cap. cæterum, de iuramēto calum. & in c. tuis, de teſtibus, & Ang. in §. quod autem, in authen. de non alien. & Iaſon in d. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. qui iuſiurandum, eodem tit. de iureiur. & in l. de pupillo, §. qui opus, colum. vlt. D. de operis noui nuntia. Cui ſimile eſt, quod per eandem legem ſcribit idem Angelus, & Bald. in §. oportet, in authenti. de iudic. Quod vbi lex iubet ſtari ſimplici verbo alterius ſuper expenſis, aut quapiam re alia, debet tamen iurare, quod & idem voluit Marianus Socinus in repetitio. c. quod ſi ſuper rebus, & cap. quoniam, colu. 2. ante finem, vt lite non conteſtata. Quanquam ei quod de ſimplici dicto aut verbo dictum eſt, reclamare videtur text. in c. & ſi Chriſtus, poſt princi. ibi ſimplici aſſertioni. de iureiurando, vbi fit diſcrimen inter ſimplicem aſſertionem, & iuramentum, & ibi Bal. colum. 2. verſi. in tex. ibi ſimplici. Nota (inquit) quòd illud verbum ſonat ſine iuramento, ſubditq; quòd in contractibus ſæpe apponitur ea clauſula, promittit ſtare ſimplici verbo talis, & nihil aliud dicit. Sed apertè ex his innuit, ꝙ nemo non intelligit hoc caſu non requiri iuramen-

*Iurare quis debeat.*

*Iurandum eſſe, et ſi ſimplici dicto credi dictū ſit.*

*Super expenſis requiritur iuramentum.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ramentum, ideo ſuper hoc cogita. Sed & per illum textũ in dicta l. Theopompus, dicit idem Angelus in repetit. l. ſi vacantia. colu. iii. verſicu. maxime coram peritiſſimo, C. de bonis vacan. lib. x. quod licet ex diſpõne alicuius ſtatuti debeat ſtari dicto nuntii: non tamen ſtabitur, niſi iurauerit. & idem dicit eſſe vtile ad ſtatutũ volens quòd ſtetur dicto accuſatoris, aut danũciatoris, quia ſemꝑ intelligitur quòd debeat iurare: dicitq; illum textũ ad hoc eſſe ſingularem, quem refert & ſequitur Alexan. conſil. 71. clariſſime domine iudex, colum. 2. verſicu. ſecundo reſpondeo, libro iii. & Marianus in repetit. c. qualiter & quando, le 2. in 7. quæſtione, & Hippolyt. Marſi. ſingul. 214. ad validitatem, & idem etiam voluit Corneus conſilio xl. viſo proceſſu. col. v. verſicu. & ideo vbi ſimpliciter, libro i. per dictam l. Theopompus, Iaſon, qui hoc dicit ſing. in l. de pupillo, §. qui opus, colu. 2. D. de no. operis nuntiatione. Rurſum ex eo textu dicit idem Angelus in d. l. apertiſſimi, ſumpta occaſione ex gloſſa, quam ſupra citauimus, quòd cùm lex reliquit aliquid conſcientiæ alicuius, requiritur tamen vt iuret: ad quod etiam dicit facere l. theſaurus, D. ad exhibendum, & l. coram, D. de damno infecto. Et idem quoque voluit ipſe Ang. in dicta l. de pupillo. §. qui opus. D. de operis noui nunt. per textum ibi, & in dicta l. Theopompus, quem ad hoc dicit eſſe optimum, & ſequuntur ibi Paulus Caſtrenſ. Alexan. Iaſon, & alii recentiores, non per illum textum quẽ dicunt & oſtendunt nihil ad hoc facere, ſed per dictam l. Theopompus. & hac etiam ratione, quòd quando committitur aliquid peritis in arte iudicandum, prout illis videbitur, debent iurare. per l. comparationes. C. de fide inſtrum. & in l. hac edictali. §. iis illud. C. de ſecũd. nup. Et hoc quidem verum eſt, vt ſcilicet periti in arte iurare debeant, ſaltem de credulitate, vt voluit ipſe Ange. in dicta l. comparationes. C de fide inſtrumẽ. & in l. iuriſiurandi, verſicu. vltimò quæro. C. de teſtibus. Bartol. in procem. Digeſtorum, in princi. & Baldus in cap. ſuper literis. columna i. de reſcrip. & in cap. quia iudicante. & ibi. recentiores

*Dicto nuntii nõ ſtandum, niſi iurantis.*

*Accuſatoris dicto non ſtandũ, niſi iuret.*

*Iuret is, cuius conſcientiæ quid relinquitur.*

*Periti in arte electi iurent, et quomodo.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tiores,de præſcriptio. & in c.propoſuiſti. & ibi etiã Anto. Imol.Panor. & Philip. Dec.de probatio.& idem Panormita.in cap. fraternitatis.poſt Ioan. Andr. ibi,de fugit.& malefic. Imo verò etiam de veritate debẽt iurare, ſi res ſit eiuſmodi,de qua uera notia haberi poſſit,ut uoluit Barto.in dicta l. Theopompus. & Baldus.in dicta l. hac edictali.§.his illud.& in prooemio Digeſtorũ,verſiculo,ſed dubitatur. & in repetitio l.ii.col.xxiiii. D.de iureiurand. Ioan. Ana.in c.ſignificaſti.colu.vi.verſicu.circa ſecundum,de homicid. Romanus in l.i.§.vltimo, D.de verborũ obligatio. Fel.in dicto c.quia indicãte,poſt prin. de præſcriptio. Philippus Decius in dicto c.propoſuiſti. Inferunt autẽ docto. ſuprà allegati in dicto §.qui opus, vt ad eos reuertamur,intellectũ ad glo reputatum ſignularem in cap.ſtatutum.§.poſſeſſorem,in verbo,relinquatur.quæ dicit,quòd quando aliquid cõmittitur conſciẽtiæ alicuius,nõ poteſt ab eius declaratione appellari,vt videlicet intelligatur, vt is, cuius cõſciẽtiæ cõmittitur, debeat ſuam declarationem iuramento confirmare.Quãuis puius poſtremi dicti contrariũ voluiſſe videatur Baldus loquens expreſſe in caſu illius §.aſſeſſorẽ.in repetitio.dicte l.ii.charta viii.uerſicu.ſed ibi cũ eſt quæſtio,& iterum charta xiii.verſicu.ſed nunquid de conſciẽtia. D. de iureiurand.& in l.rem nõ nouam.§.præconi.per text. ibi,cuius tamẽ docto.in dicto §.qui opus, nõ meminerunt. Sed & illam doctrinãAngeli in eo ipſo §.qui opus, ut ad id,unde paulũ digreſſi ſumus, rederamus,ſequitur Alex.conſi.219.uiſis verbis, col.2.uerſic. ad prædictorũ confirmationẽ. libro.ii. Franciſ.Curt.ſenior in repetitio. l.admonẽdi.in fi. D.de iureiuran.& ibi etiam Iaſon in lectu.col.iiii.in fin.ubi ad hoc allegat tex.in cap.continebatur,ibi,firmauerit iuramento,de deſponſa.impuber.& ponderat text.in ea ipſa l.admonedi. in illis verbis,ſe inueniſſe dicat,iuncto c.paſtoralis.de exceptio.& idẽ Iaſon in dicta l.apertiſſimi. in fin.& in dicto §.ſed iſtæ.col. antepenult. Inſti.de actio. Felyn.in dicto c.ſignificaſti. le i.ante finem.de homicid. Ludouic.Bolon.conſi.xlvii.

*A iuramẽto eius cui commiſſum eſt ſub conſcientia, non appellatur.*

cor

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cor mundum &c.viſus & diligenter conſideratis,colum. penulti.verſi.accedit etiam doctrina Georg.Nata. in repetitio.clemen.ſępe.§.non ſi tamen,colum.15.verſi.iſte tamen qui tenetur, & iterum in verſic. verba ſecundum conſcientiam,colum.4.eiuſdem verſic. de verborum ſignificatio. Hippoly. Marſil. in dicta l. comparationes. C. de fide inſtrum.& in repetitio.l.vlti.charta 27.C. de probationibus,& d.ſingul.214. Et hoc quoque obſeruatum fuiſſe arbitror legibus Moſaicis,ex quib. bona pars legũ Romanarum fluxiſſe creditur. A' Iudæis enim Aegyptij ſuas fere leges ſunt mutuati,Græci ab Aegyptijs,à Græcis denique Romani. Sãxit igitur Moyſes,vt ſi res quępiam apud depoſitarium non culpa, ſed caſu fortuito pareat,nõ ſibi,ſed domino perit, ſtabiturq; depoſitario illud aſſerenti,ita tamen ſi iuret, vt ſcribitur Exodi 22.c.

*Romanarum legum origo.*

*Lex Moſaica pertinens ad depoſitum.*

Adde quòd cum in his quæ concernunt officium alicuius,ei plerunque creditur, vt abũde diximus ſupra: in idq; ſcribit Liuius libro 1. belli Macedonici, non licuiſſe apud Romanos,magiſtratus plus quinq; dies gerere,niſi qui iuraſſet in leges. Ideoq; debet officialis,qualiſcũque ſit,iurare ſalutem generaliter ſuum officiũ bene ac legaliter adminiſtraturũ,aut ſimile quippiam,alioquin ei nõ creditur,ſiue ſit ordinarius,ſiue ſit extraordinarius. Iurat enim iudex,vt eſt textus in c.veniẽs,de iureiu. & ita per illum dicit Baldus in l.1.colum.9.verſic. ſuper ſecundo puncto. C.qui accuſa.non poſſunt, & ex text.in l.rẽ nõ nouam,& in authent.hodie. C.de iudiciis,& in l.2.in princip.C.de iuramẽto calum. & in §.quia vero multæ. in authen.de iudicibus.tex.in cap.1.hoc quod nos,& ibi quoque not. Baldus colu.4.titu. de pace Conſtan. Et id quoque ſtatuit Plato ſuis legib. cum lib.9.tum 12. Aegyptiorum itẽ reges ex ſua ipſorũ leges iudices adiurabãt, ne quid iniuſte,etiã ſi rex imperaret, iudicarent. author Plutarchus in apophthegmatis. Sed & id apud antiquiores Romanos ſeruatũ fuiſſe, author eſt Aſconius Pædianus in diuinationẽ Ciceronis,& Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei 3.cap.2. Hinc & pares curiæ,qui cognoſcunt de

*More Romanorum magiſtratum gerens iurabit in leges.*

*Iuramentum officialis.*

*Iuramẽtum iudicis.*

*Aegyptiorũ reges iudices ex lege ſua adiurãt.*

G con-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Pares curiæ cognoſcunt de controuerſia inter dominum et uaſallum, et iurare tenentur.*

controuerſia, quæ eſt inter dominum & vaſallum, iurant ſe recte iudicaturos, vt voluerunt Marti. Laud. & Cardina. Alex. in cap. i. titu. de controuerſ. feud apud par. termi. & Iacob. à ſanct. Georg. in tractatu feud. in verbo, & dicti vaſalli, colum. 6. verſicu. vlterius quæro, vtrum iſti pares. Quanquam Andr. Iſer. in dict cap. i. & Odoar. in Summa tituli, qui poſſ. de feud. cogno. verſiculo, itē quęro nunquid iſti pares, & Ioannes Ray. in cap præterea, ſi inter vaſallum & domin. tenent cōtrarium: moti, quòd pares ſemel præſtiterunt domino iuramentum fidelitatis. Sed huic rationi optime reſpondent, qui tenent priorem partem, vt per eos videre licet. Iurant Conſules ciuitatum, per dictum cap. venientes, de iureiurando, & in §. Conſules & ibi Baldus in titu. de pace Conſtāt. Et defenſores ciuitatum, §. iuſiurandū vero, in authen. de defenſo. ciuitatum, & authentica, pręſides, de epiſcop. audien. Iurat & quilibet adminiſtrator reipub. aut iuſtitiæ. §. ſic igit. in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiāt. & in §. i. & per totum, in authent. iuſiurandum quod pręſta. ab his. Iurāt etiam ij, quibus eſt commiſſa cura bonorum vacantiū, dicta l. ſi vacantia. C. de bonis vacan. libro 10. vbi Bald. dicit optime ex eo probari, quòd ſyndici ciuitatū nō ante poſſunt vti officio ſyndicatus, quàm iurauerint recte ſe vſuros. Iurant quoque tabelliones, vt dicit Ioan. Platea in d. l. ſi vacantia, per textum in d. l. conparationes. Sed eſt textus melior & expreſſior in c. ad audientiam, de præſcriptionibus. Iurant item nummularij, vt notat gloſſa in l. quædam. §. nummolarios, D. de edendo. quem pro ſolenni allegat Baldus in c. quoniam contra falſam, col. 6. verſicu. quæro an iſti duumuiri. de probationib. vbi per eam tenent contra opinionē Abba. Antiqui, Hoſtien. Ioan. Andr. & Anto. quòd duumuiri, de quib. textus ibi loquitur, debēt iurare. quod & tenuit Panor. ibi, nulla Baldi mentione facta. & Fely. col. 25. verſic. tertio quæro, eandem quoque gl. vt ad eā redeamus, notat, atq; etiā ſolennē dicit idem Bal. in c. præterea. col. i. & ibi quoq; Fely. col. 2. de teſtib. ex eaq; dicit ipſe Bal.

*Iurat qui res aliena adminiſtrant tractantue.*

quòd

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

quòd omnes quib. committuntur ſcriputræ faciẽdæ, debẽt iurare ſe legitime ac fideliter, quæ ſui ſunt officii executuros. Iurãt & milites, cũ militiæ dant nomen, alias tanqnam priuati haberentur, vt voluit Bal. in d. c. quoniã contra falſam. loco nuper citato, ad id allegans gloſſam quã dicit ſingula. in l. eos. C. de officio magiſt. milit. vbi tamen nullam gloſſ. reperi iſtud dicentem. Sed tantum illud, eos pro priuatis habendos, qui non ſunt immatriculati. Sed de iuramento militum vide textum in l. 2. & ibi gloſſ. in uerbo, ſacramento. D. de his qui notan. infa. & gloſſa in l. penulti. D. quib. ex cauſis maio. & Speculator titu. de procurato. §. i. verſi. item quòd eſt miles. & in titu. de accuſatore. §. i. verſi. item excipitur quòd eſt miles, & in titu. de iureiuran. §. i. verſi. de ſacramento, quod præſtant milites. Vide etiã Vegetium de re milita. Iurãt etiã doctores, l. nemini, C. de aduocatis diuerſorũ iudi. Iurant & rerum æſtimatores ad hoc deputati, d. l. hac edictali. §. his illud, & ibi Bar. & Bal. C. de ſecund. nupt. et in § quod autem, et ibi Ang. in authenti. de non alienan. et voluit Bar. in l. creditores, col. vlt. C. de pigno. Et calculatores, qui ſcilicet ad calculandas rationes committuntur, vt voluit Bal. in d. §. his illud, col. 2. verſicu. pone conſules. Et qui comparationes literarum faciunt, dicta l. comparationes, vbi Bal. in ſexto notab. ex hoc notat, quòd qui adhibentur tanquam periti, debent iurare. Et propterea etiam medici debent iurare, cum de artis peritia iudicant, vt voluit Bart. in proœmio Digeſtorum, in princip. colum. penul. verſi. item no. et in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. et Baldus in dicta l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nup. in antiq. lect. Matth. Afflict. in conſtitu. Siciliæ, in fine. Iurant etiam obſtetrices. vel reclamante gloſſ. in l. i. §. i. et in l. iuſiurandi C. de teſtib. quas ſequitur Roma. conſi. 21. viſo puncto, circa medium. Sed eas repræhendit Barto. in dicto proœmio Digeſtorum, et in dicta l. iuſiurandi. et in dicta l. hac edictali. §. hoc illud. et ibi etiam Bald. in antiq. lectu. et idem Bart. in dictá l. creditores de pignor. et Bald. in dicta l. nemini. paulo ante finem.

*Militum iuramentum.*

*Milites immatriculati, priuati habentur.*

*Doctorum iuramentum, et æſtimatorum.*

*Calculatorum iuramentum, eorumq́; qui comparationes literarum faciunt.*

*Medicorum iuramentum.*

*Obſtetricum iuramentum.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſinē. C. de aduocatis diuerſo. iudicum, & Ioan. Plat. in dicta l. ſi vacātia. C. de bonis vacan. lib. 10. Sed eas ipſe Baldus excuſat in d. l. comparationes, ita videlicet, vt nō debeant iurare obſtetrices de veritate, ſed de conſciētia & credulitate. Iurāt item artifices & mechanici ad aliquid agendū aſſumpti, d. §. quod autem, in authent. de non alienan. Iurant & aduocati, d. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. vbi tamen gloſſa dicit, hoc non obſeruari conſuetudine, prout illam allegat Domini, in c. Romana. §. nec etiam, de foro competen. lib. 6. vbi tamen poſt Hoſtien. Ioan. de Imo. & Ioan. Andr. dicit illam conſuetudinē non valere, quemadmodū nec conſuetudinem de non iurando de calum. per cap. cæterum, de iuramento calum. cum & in hoc caſu ſit maior ratio, quia aduocati ſunt calumnioſiores, verſutioresq́;, vt not. in l. ab Anaſtaſio. C. manda. & hoc ſequitur & dicit menti temendū contra iudices, qui hoc iuramentū non exigunt, propter conſuetudinē. Matth. Affic. in conſtitutio. Siciliæ, incip. aduocatos, colum. i. in ſi. Sed aduerte, quoniam gloſſa in dicta l. rem non nouam, non ſimpliciter dicit iuramentū illud conſuetudine nō obſeruari, ſed tantum formam iuramenti, quod ex hac lege fiebat tactis Euangeliis, quæ forma conſuetudine ſublata eſt, vt dicebat Bulga. Iurāt etiam orphanotrophi, id eſt, educatores eorū, qui carent parentib. vt dicit Bald. in c. ſignificaſti. extra de electio. Et tutores atque curatores minorum, furioſorum, ac cæterorū, qui curatorib. indigent. l. de creationib. C. de epiſcop. audien. & l. vltima. §. ſed cum antiquitus. & ibi glo. quæ dicit id generale eſſe in omni tutore & curatore. C. de curato. furio. & in authen. hodie. eo. titu. Et in §. i. & rurſum in §. vltimo, & ibi etiā gloſſa in authen. vt hi qui oblig. ſe hab. & in clemen. quia contingit. §. vt autē. verſicu. illi etiam, de religioſis domibus. Baldus in dicto cap. ſignificaſti. Bar. in l. legitimos, D. de legitimis tut. Iurāt & rectores hoſpitalium, dicta clement. quia cōtingit, loco ſupra allegato. Et etiam rectores communitatum, c. vltimo de procurato. Iurāt & erogatores annonæ publicæ, &

*Obſtetrices non iurant de veritate.*

*Iuramētum artificū et mechanicorum.*

*Aduocatorū iuramentum.*

*Iuramētum calumniæ non poteſt tolli per conſuetudinem.*

*Forma iuramēti.*

*Iuramētum orphanotrophorum, tutorū et curatorum.*

*Rectorū hoſpitalium, rectorū communitatum iuramentum.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

cæ,& qui ſtipendia ſoluunt,l.per hanc. C.de eroga.mil. anno.lib.12. Et executores teſtamentorũ,vt dicit Ioan. Plat.in dicta l.per hanc. argumen.d.l.de creationibus. & dicto §.vltimo, in authenti.vt hi qui oblig.ſe hab. Et vẽdentes bona debitoris authoritate iudicis.l.vltima,in fin. C.de bonis auth.iudi.poſſ.& Ioan. Pla.vbi ſupra, qui dicit hoc eſſe generale in quolibet adminiſtratore,per textum in authen.iuſiuran.quod præſta.ab his,in princip. & in gloſſa i. Et qui mittuntur ad inſpiciendum fines agrorum,Barto.in d.l.iuſiurandi.C.de teſtibus. Et agrorum ipſorum deſignatores,ſiue aſſignatores, vt conſuluit Barb.conſi.25.clementiſſimum Deum & piiſſimum, colum.7.lib.4. per nota.in dicta l.hac edictali, & in dicta l.comparationes. Et nuntii publici, quos vulgo ſergẽtes vocamus,c.cum parati,& ibi gloſſa & docto.de appellatio.& voluit Bart.in extrauagan. ad reprimendum,in verbo,per nuntium,& Bald. in l.2. in princip.C. de ſportul. & in c.venerabilis, col.2.verſi. vtrum ſi Papa. de dolo & contuma. Angelus in §.ſi quis autem.in authenti.de eccleſiaſti.titu. Iurant quoque cuſtodes carcerũ,clemen. i.§.porro,de hæretic. Et qui mittuntur ad redimendos à Turcis captiuos,cap.ſignificauit,extra de iudic.Iurã denique omnes periti de arte ſua interrogati,vt diximus la te in verſiculo præcedenti.

*Erogatorum annonæ publicæ iuramentum. Iuramẽtum eorũ qui teſtamenta exequuntur, et uendentiũ bona debitoris authoritate iudicys. Iuramẽtum inſpectorum finiũ agrorũ,eorũq; qui ipſos agros deſignãt,et nũtiorum publicorum.*

*Cuſtodum carcerum iuramentum,et eorũ qui mittũtur ad redimẽdos à Turcis captiuos.*

Illud tamen non prætermittendum, quòd ſi partes communi conſenſu vnum quempiam ſibi delegerunt,cuius iudicio aut teſtimonio in re quapiam ſtetur, ſiue, vt breuius dicam, ſi fide alicuius ſit approbata ab vtraque parte.non eſt neceſſe illum iurare,vt voluit Bar.in l.Lucius.in fi. D.de fideiuſſo.& in d.l.Theopompus.D.de dote prælega.Anto.in c. veniens.le i.col.2.& ibi etiam Felyn.de teſtibus.Idem Anto.in cap.finem,colum.vltima, de dolo & contuma. Roma.conſilio 20.viſo puncto,verſicu.tertio quia dictus.Felyn.in dicto cap.quia indicãte, colum.i.de præſcriptionibus.

*Iuramẽtũ quãdo non ſit neceſſarium.*

SED redeundo ad noſtram conſuetudinem, declara



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Iuramento illius qui præſcripſit, quando ſtãdum ſit.*

*Qui allegat titulum, tenetur illum edere.*

*Deficientibus alijs probationibus, locus eſt iuramento.*

primo id quod hic dicitur ſtari iuramento illius qui præſcripſit. procedere, ſi ille non haberet titulũ apud ſe. Nã ſi haberet, crederẽ nõ eſſe illi credendũ, ſed teneretur illum edere. Nam quoties alicuius iuramento ad ſuũ commodũ creditur, id debet intelligi deficiẽtibus aliis probationib. ſiue cum aliter fides fieri non poteſt, vt voluit gl. notab. in c. ſtatutum. §. cum vero. in verbo, ſaltem. de reſcripſit lib. 6. quem ſequitur Domi. ibi, Bal. in l. i. col. i. & ibi etiam Salicet. C. de iureiuran. & Maria. in repetitio. c. quoniam. §. quòd ſi ſuper, col. 2. verſi. item aduerte tertio, vt lite non conteſta. Quia multi qui titulum habent vitioſum, nolunt illum oſtendere, ſed ſibi poſtulant credi ex huiuſmodi conſuetudine.

*Cõtra iuramentum partis admittitur probatio in contrarium.*

Declara ſecundo, vt non obſtante huiuſmodi conſuetudine poſſit probari contrarium, vel ex confuſione ipſius partis, vel alias qualitercunque. Nam quãuis lex, aut ſtatutũ diſponat ſtari aſſertiori, aut iuramento alterius, poterit tamen contrarium probari, ex doctrina glo. in l. 2. §. vlti. & ibi Paulus Caſtren. & recẽtiores, D. ſi ex noxa. cauſa aga. & Bald. in l. i. C. ſi aduerſus liber. cũ multis aliis concordantiis.

*Iuſta cauſa nõ credendi ei qui allegat titulum.*

Declara tertio generaliter, niſi ſubſit iuſta cauſa nõ credendi huic, qui ſe dicit habere titulum, vt per Angelum in l. diuus. D. de teſtamen. milita. & in l. qui reſtituere, D. de rei vendicatio. & in l. qui vas. in prin. D. de fur. & Alexan. qui concord. adducit conſi. 114. in cauſa & lite vertente, colum. 2. verſicu. circa tertium, libro 4. vbi & in caſu ſimili declarat multas cauſas non credendi ei, cui ſtatutum credi iubet.

*Iuramentum neceſſario præſtandum.*

Declara quarto, vt huiuſmodi iuramentum neceſſario ſit præſtandum, etiam ſi non deferatur à parte, vel à iudice, ſecundum Baldum in l. admonendi. D. de iureiurando. & Alexand. in l. ait prætor. in principio. D. de iureiurando.

Decla-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Declara quinto, vt iſte iurare debeat coram iudice, aut alio à iudice in id deputato. Neque enim ſufficeret iuramentum vbique factum, vt expreſſe voluit Bald. loquens in ſtatuto diſponente, quòd credatur iuramento alterius de damno dato, l. 3. in princip. verſicu. circa quintum, D. de iureiurand. per nota. in l. hac conſultiſſima. §. penultimo, C. de teſtamen. & in l. iubemus. C. de liberali cau. & Alexan. conſi. 60. clariſſime domine iudex. col. 3. verſi. non obſtat ſi dicatur, lib. 3. *Iurãdum eſt coram iudice, aut alio in id à iudice deputato. Standum eſt iuramento alterius de damno dato.*

Declara ſexto, vt pars ſit præſens, cum præſtatur huiuſmodi iuramentum, per id quòd voluit Baldus loquens de æſtimatore, in dicta l. hac edictali. §. illud, col. 2. verſi. ſed nunquid partes. C. de ſecundis nuptiis, & Panormita in cap. 2. de teſtibus. Et etiam per id quod voluit. Angelus in l. in bone fidei, C. de iureiuran. vbi cum defertur iuramentum in ſupplementum probationis, iuxta text. ibi, debet pars iurare præſente aduerſario, Bar. in dicta l. Theopompus, D. de dote præleg. & Alex. conſil. 130. difficultas huius negotii, libro 1. & Felyn. in d. c. 2. col. 5. verſicu. nono limita. de teſtib. & Catel. in memo. incip. citato partis. *Iuramentum præſtandum eſt parte præſente.* *Iuramentum delatum in ſupplementum probationis.*

## Minores, Gloſſ. IX.

Sed ſi hoc non eſſet expreſſum, an tunc præſcriptio huius cõſuetudinis curreret cõtra minores. Et ſane Bal. loquẽs in caſu huic omnino ſimili, imo vero prorſus eodem, in quodã conſil. incipiente, conſiderandum eſt, dicit quòd ſtante ſtatuto, quòd poſſidens cũ titulo per decẽ annos, ſit tutus, talis præſcriptio etiã contra minores operetur. & idẽ voluit ipſe Bal. loquens in eodẽ caſu, in alio cõſilio incipiente, quæſtio talis eſt, facta eſt citato, & refert Cornc. conſi 69. in hac conſultatione, col. 1. lib. 1. Sed & quòd præſcriptio ſtatutaria currat minoribus, tenet idẽ Bald. in l. ſi mater. C. ne de ſtatu defuncto. & in *An et quæ præſcriptio currat contra minores.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

l.vltima,col.vlti.& ibi etiam Ang. C.in quib. cauſis in in tegrum reſtitutio non eſt neceſſ & Ioan. Lig. in clemen. i.de reſtitutio.in integ.& Guido Pap.deciſio.31. ſecundum ſtatutũ,vbi tamen intelligit de adulto,& videtur de hoc eſſe tex.in c.conſtitutus,& hoc not. Innoc.& Ioan. Andr.de in integrum reſtitutio.vbi tamen dicitur, quòd aduerſus huiuſmodi præſcriptionem reſtituitur.

*Adultus aduerſus præſcriptionem reſtituitur.*

Sunt tamen qui ſimpliciter tenent nõ currere præſcriptionẽ ſtatutariam,ſicut nec legalem aduerſus minores, in quibus eſt Paul.Caſtren.conſi.440. quia ſecundũ dubium,col.2.lib.3. Et pro his eſt optima glo.quam non allegant,in c.i.§.porro,titu.quali.olim feu.ali.pote.

At Bart. hanc rem ita diffinit, vt in præſcriptionibus, quæ lucrum tantum excludunt,currat præſcriptio,vt in terminis dicti cap.conſtitutus.Sed in aliis quæ damnum & amiſſionem rei iam quæſitæ adferunt,nõ curret, quia ſtatuta recipiunt interpretationẽ reſtrictiuam,ne quis indebite damnũ patiatur.l.2. C. de noxal.actio. Ita voluit ipſe Bart.in l.etiam.la 2.in vltima quæſtio.D. de minor. & in dicta l.vltima,in fi.C. in quibus cauſis in integrum. & ſequuntur Anto. & Panormita.in dicto cap.conſtitutus. de in integrum reſtitutio. Baldus autem in dicto c.j. §.porro.titu.qual.olim feud.alie. & rurſum in c.i. colu. 2.verſi.niſi iuſta,titu.quo tempore miles.ita diſtingunt: Aut enim præſcriptio inducta à ſtatuto ſuccedit loco alicuius præſcriptionis inductæ à iure communi, vt ſi loco præſcriptionis triginta annorum, quæ de iure communi non requirit titulum, ſtatutum inducat præſcriptionem decem annorum. Et tunc procedat illa opinio,quòd nõ currat minori,quia ſubrogatum ſapit naturã eius,in cuius locum ſubrogatur.l. ſi eum.§.qui iniuriarũ,D. ſi quis cautio.& cap.eccleſia.vt lite pendente.Aut non ſubrogatur loco alicuius præſcriptionis legalis, & tunc ea currit minorib.per dictum c.conſtitutus. Et hanc diſtinctionem ſequi videtur.Alexand.conſilio 65.quoniam omne datum,colum.antepenulti.in fine lib.6. quod repetitum

*Statuta reſtrictiuã recipiunt interpretationem.*

*Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur.*

eſt

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

eſt in eodem libro,conſilio 118.

Illud autem planum eſt,alias ſtatutum & conſuetudinem comprehendere ac ligare etiam minores, per textũ in l.ſine hæredes §.Lucius,D.de admini.tut. & voluit Iaco.But.in l.de quibus,in fi. D.de legib. & ibi etiam Bart. & Bald.in rep.col.antep.verſi.primò ergo quæro, vbi dicit ita omnes tenere,Cy.in l.2.colu.vlt.C. quæ ſit longa conſue. Iac.Aret.& Bal.in l.vlt.C.de reſti.in integ.Ang. in l.ſi plures,D.de pact.Alex.conſi.49.maturè ponderat col.3.verſi.& conſtat ſtatutum,libro 1.& conſi.37.conſideratis his,col.3.verſi.& ex his conſtat,lib.4.& dicto conſilio 55.colum.7.verſicu.nono dictum ſtatutum, libro 6. & Barb.conſi.44.illud adferam,colu.vlt.lib.3. quicquid dixerit Guliel.Cun.in l.ingenuum,D.de ſtatu hom.quẽ tamen ſequitur Anto.in c.vlti.col.32.verſi.ex hoc infertur,de conſuet. *Statutum et cõſuetudo ligãt etiam minores.*

Quod tamen intellige, niſi ſtatutum, aut conſuetudo eſſet contra ius commune: nam tunc non comprehenderet minores,per tex.in c.2.de delic.puer.quem ad hoc expendit ſolus omnium,vt ipſe gloriatur,Roma,ſingul. omnium poſtremo,& ſequitur Fran.Curt.iunior conſilio 8.viſa ac diligentiſſimè conſiderata, in fi.Bal.in l.omnes populi,col.antep.verſi.vltimo quæro, ſtatuto cauetur,vſque ad verſic.ſed nunquid,& in feud.fol.28.col.1. in verbo,infantia. Et idem voluit Zilio Cremo.inter conſi Bal.conſi.135.articulus ſiue caſus eſt,dominus Anton. lib.3.& l.j.C.quando Imp.inter pup.& vid.quem refert & ſequitur Soci.conſi.134.viſo ſtatuto,col.3.verſic.poſtremo addo, lib.3. *Statutum, uel conſuetudo contra ius cõmune non cõprehẽdit minores.*

## Eccleſia, Gloſſa X.

ETIAM ſi non expreſſiſſet, tamen ita intellectum fuiſſet:quin & ſi nuncupatim diſpoſuiſſet eccleſiam hoc ſtatuto teneri,non valuiſſet ex ſententia Bald.conſi.454. colum.3.verſicu.item quia generali, libro tertio,vbi expreſſe dicit, quòd conſuetudo, aut ſtatutum inducens *Conſuetudo inducens minorem præſcriptionem*

præ-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*quadraginta annis contra eccleſiam non ualet.*

*Statuta laicorum ſuper præſcriptionibus nō ligant eccleſiam quid in bonis clericorum.*

præſcriptionem cōtra eccleſiam minori tempore quàm quadraginta annorum, quod de iure communi ſtatutum eſt, non valet, & peccatum mortale committit illam ſeruans, per c. non minus, & c. aduerſus, de immun. eccl. Vt interim illud omittim, ſtatuta laicorum ſuper præſcriptionibus non ligare eccleſiā, vt per Pet. Anc. conſi. 258. ſupradictum ſtatutum, ſicuti nec alia, vt alibi latè diſputabimus, præſertim cùm hæ noſtræ conſuetudines ſint miſtæ, clericorum & laicorum: & ideò, niſi aliud obſtet, ligant etiam clericos, vt alibi quoque diſſeruimus.

Sed an etiam bona clericorum idem habeant priuilegium, vt non niſi 40. annis præſcribantur. Breuiter dic, quod non, ſed iure communi vtuntur, glo. in c. 1. 16. q. 4. & gl. quæ illam priorem allegat in c. quanquam, in verbo, ipſarum, & ibi Arch. & Domi. de cenſib. lib. 6. Salic. in auth. quas actiones, in vlt. q. & ibi Iaſ. in fin. C. de ſacroſ. eccl. Ant. in c. ſi diligenti, & ibi latè Imo. & in c. vlt. in repet. de præſcrip. Pan. in d. c. ſanctorum, in ſi. & ibi etiam Fely. in ſi. eo. ti. Idem Pan. in c. i. col. 2. de conſue. Rom. in l. vſucapio. D. de vſucap. & ſing. 453. incip. tu ſis generale, vbi facit gl. ſing. quam primo loco allegaui: idē Pan. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, ſuper gl. 2. & ibi etiam Fely. col. 5. verſi. & hinc eſt quod bona, de conſtitu.

## Nec aliæ perſonæ priuilegiatæ. Glo. XI.

*Generale ſtatutum non intelligitur de perſonis nominatim a ſuperiore priuilegiatis.*

*immunitas alicui conceſſa non tollitur ex generali impoſitione onerum.*

VIDETVR iſtud ſuperflue adiectum fuiſſe, quoniam generale ſtatutum non intelligitur de perſonis nominatim a ſuperiore priuilegiatis, per l. vlti. §. exceptis, C. vbi quis de curial. vel cohor. & in l. decurionibus. & ibi glo. & Barba. C. de ſilen. lib. 12. & ita per illos tex. voluit Bal. conſi. 60. quædam ſoror de ordine Minorum, in ſi. lib. 5. Sed & idem Bal. in c. 1. col. penult. verſicu. pone princeps, de reſcript. vbi dicit, quòd immunitas alicui ſpecialiter conceſſa non tollitur ex generali impoſitione onerum, per d. l. decurionib. & ibi late ſequitur Barb. & latius Fel. col. 8. verſi. ſecunda diſpoſitio, & idem Bal. in

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

in cap. cum ordinem. colu. ulti. verſicu. decimo expono, eodem titu. dicit, quòd per conſtitutionem generalem ſequentem non tollitur priuilegium, ut not. ſingul. in d. l decurionibus. & idem Baldus in l. nõ plures. in fine. C. de ſacroſanct. ec. & in l. i. circa mediũ. C. de Iuſtinia Codice confir. & in cap. licet cauſam, colum. viii. verſic. ſed quæro, quid de probatio. vbi dicit ſingul. eſſe gloſ. in d. l. decurionibus. quem tex. ſæpius ad hoc expendit & commendat, vt in l. ſi quis ad declinandum. col. ix. verſiculo, item abſurdũ uidetur, C. de epiſcop. & cler. & in authentica; habita, in tertio notabili. C. ne fil. probat. & in l. ſed & poſteriores. D. de legib. & in l. i. poſt prin. ibi, & ideò princeps. D. de conſtitutionibus princi. & in l. ſi. cum mihi, ibi, & per hęc alia die cõſului. D. de dolo. & in l. dotale. in fine. D. de teſtamen. milita. & in l. ultima. C. ſi cõtra ius uel utilitatem publicam, & in c. graue. de offic. ordin. & in c ueniens. colum. ii. de præſcriptio. & in cap. i. in fi. titu. quo tempore miles. & Romanus conſil. cccxxxvi. quoddam indultum Petri, colum. ii. uerſicu. tertia principalis ratio. Franciſ. Curt. conſil. cxlvi. ſuper primo quæſito dicendum eſt, in princip. lib. i. & conſilio cccxiii. poſtremò res iſta. col. ulti. libro ii. & conſilio c xlvii. uidendum eſt, colum. penulti. verſic. ſed tamen his non obſtantibus, libro ii. ubi & ad hoc allegat text. Alex. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. D. de legat. i. & Philip. Decius conſilio. ccclxxiiii. in caſu propoſito, colu. iii uerſicu. & hoc idem confirmatur. Et generale eſt, ut generalis ſtatuti diſpoſitio non includat caſus priuilegiatos id quod notabiliter dicit Salicet. in l. ulti. in princip. uerſicu, ex quo nota bonorum argumentũ. C. de iure dotiũ, quòd ſtatutum generaliter diſponens inſtrumenta publica non probarc, niſi ſint regiſtrata in memorialibus, non comprehẽdit inſtrumẽta dotalia fauore dotis. Nec ſimiliter generale ſtatutũ intelligitur loqui in caſibus ſpecialibus, vel habentibus ſpecialem fauorem, per tex. in l. ſi adulteriũ. §. liberto. D. de adul. vbi diſpoſitio diui Pii genaraliter permittens occidere adulterum. no trahitur ad patronum

*Per conſtitutionem generalem ſequentem non tollitur priuilegium.*

*Generalis ſtatuti diſpoſitio non includit caſus priuilegiatos. fallit ut infra uerſi. idq; adeo. Inſtrumẽtorum dotalium priuilegium.*

*Generale ſtatutum non intelligitur in caſibus ſpecialibus.*

*Diſpoſitio permittens occidere adulterum, ad quos non trahatur.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

nũ à liberto inuẽtum, qui ſpecialiter prohibetur occidi, quem ad hoc not. & dicit ſingul. Iaſ. in l. cohæredi. §. qui diſcretas. in quarto notabili. D. de uulg. & pupilla. ſubſti tutio. & etiam per textũ in l. de teſtamentis vbi hoc not. Rapha. Fulgoſ. Innocen. in l. hac cõſultiſſima. vbi gloſſa, Roma. & Philip. Corne. & recẽtiores. C. qui teſtamẽ. fa cere poſſ. & voluit gloſſ. in l. ſciendũ, in princip. vbi Bar to. & alii, D. qui ſatiſdare cogã. & in l. euictiones, in prin cip. C. de curſo. publi. lib. xii. & in §. i. in verbo, uacãtibus, in authenti. de hæredi. quę ab inteſta. deferunt. Barto. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, non obſtantibus Paulus Caſtren. conſilio 427. in hærendo puncto, colum. i. libro i. Panormita. in cap. verum. colum. v. verſiculo, nunc quæro de poteſtate, de foro competen, Domi. in c. vltimo, colum. penulti. de immunita. eccleſia. lib. vi. Fran ciſc. Areti. in l. Pantonius. colu. v. de acquirend. hæredit. & Baptiſt. de ſancto Seueri. in repetitio. l. omnes populi. charta xxxi. verſicu. decimò quæritur. D. de iuſtitia & iu re. Iaſon in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum, col. iii. verſicu. ſecundò regula. D. qui ſatiſdare cogan. & in l. iuſiurãdũ & ad pecunias, in fine. D. de iureiurãdo. & in l. i. §. ſed & ſi mihi, col. 4. D. de verborum obligatio. & in l. i. colum. iii. verſicu. tertiò not. D. ſoluto matrimo. & in l. poſtquã liti, in fine. C. de pact. & in l. fratris. colu. ii. C. de inoffic. teſta. & in l. quoniam in prioribus. in princip. colu. ii. C. eodem titu. & in authent. ex cauſa columna vi. C. de libe rit præteri. & alibi ſæpe.

Hæc tamen nõ ſunt omnino expedita, quia diſpoſitio generalis omnes caſus includit, licèt maior videatur eſſe ratio in vno, quam in altero. l. i. §. quod autẽ. D. de alea to. & l. i. §. & generaliter. D. de lega, præſtan. & l. vltima. §. vxori. D. de auro & argẽto lega. & voluit Philip. Deci. conſilio xx. in cauſa iſtorum, colum. ii. verſicu. quartò, vt ſuprà dixi, & conſil. xxxix. cuius ſupraſcriptio incipit, an detur reſtitutio. colu. ii verſicu. primò hoc probatur, vbi loquitur in generali diſpoſitione inducente præſcriptio nem, qui eſt caſus noſter. & cõſilio lxi. an vaſallus coga tur,

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tur, colu. i. Nam & aliàs tantum operatur diſpoſitio generalis in genere, quantum ſpecialis in ſpecie. l. ſi duo. & ibi Bart. D. de adminiſt. tu. & l. ſi chorus. D. de lega. 3. l. omnes. C. de præſcrip. triginta. vel quadraginta annor.

*Tantum operatur diſpoſitio generalis in genere, quantum ſpecialis in ſpecie.*

Idq; adeò procedit, vt etiam conſtitutio generalis odioſa generaliter ſit intelligenda, vt notat Ange. in l. vltima, verſicu. vltimò quæritur de conſtitu. princip. Nam licèt materia ſit odioſa, nõ propterea excluditur lata interpretatio, quę ex proprietate verborũ oritur, per text. not. in l. cum lege. vbi Franciſc. Aret. not. D. de teſtamẽt. & uoluit etiã Calde. conſi. i. in princin. titul. de conſang. & affinit. & Philippus Decius conſil. v. in cauſa dominæ Mariæ. in fine. Id autẽ adeò procedit, vt generalis diſpoſitio comprehendat caſus alios priuilegiatos, qui tamen in illo caſu nõ habent priuilegiũ, ex text. notab. in l. in fraudẽ. in fine, vbi hoc notat Bald. D. de mili. teſt. quem & idem Bald. ad hoc quoque expendit in l. omnes pop. in fi. uerſicu. item not. quòd generale ſtatutũ. D. de iuſti. & iure. & eſt etiam bonus tex. in eadem l. in fraudẽ. §. ſi quis. ſe ſcribat, ubi lex que generaliter dicit, ne quis ſeipſum ſcribat hæredem, habet locum & in teſtamento militis, quod aliàs eſt priuilegiatum. Et ex hoc infert ipſe Bal. quòd notarius, cui interdictum fuit officiũ, nõ põt ſcribere etiam ad pias cauſas. Et hoc etiã generaliter uoluit Philippus Decius in l. ex teſtamento. C. vnde liberi. & in l. i. col. ii. uerſicu. & ampliatur, & in l. nemo poteſt. in princip. D. de regulis iuris. & in d. cap. i. colu. iii. de reſcript. & in cap. ſedes Apoſtolica. col. v. eodem titu. & in cap. conſuluit. le i. de appellatio. & dicto conſilio v. colu. ii. uerſicu, ſed tamen his non obſtantibus, & conſil. 48. cuius ſupraſcriptio incipit, priuilegium immunitatis. colum. ii. verſic. hinc eſt quòd diſpoſitio. & dicto conſi. lxi. colum. i. et conſil. cxxxi. reuocatur in dubium, colum iii. verſicu non obſtat. quod dicit, ubi per hoc dicit eccleſiã comprehendi ſub generali diſpoſitione.

*Conſtitutio generalis odioſa generaliter intelligenda eſt.*

*Odioſa nonnunquam latè interpretanda.*

*Nemo poteſt ſe ipſum hæredem ſcribere, nec miles quidem.*

*Notarius cui interdictum eſt ſibi officium, non poteſt ſcribere ad pias cauſas.*

Ex quibus potes intelligere, quid ſit dicendum, cùm quæritur, an ſub generali ſtatuto comprehendatur priuilegiati.

*An ſub generali ſtatuto comprehendantur priuilegiati.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

legiati. Nam ſi habeāt priuilegiū ſpeciale in caſu de quo loquitur ſtatutum generale, nō cōpræhenduntur, per ea quæ dicta ſunt in principio. At ſi non habeant priuilegiū in eo caſu ſpeciali, certe compræhenduntur ſub ſtatuto generali, quantumcūque alias ſint priuilegiati, per ea quæ diximus in præcedenti uerſiculo. Et ſecundum iſta intelligendū eſt illud dictum Saliceti in dicta l. vltima. C. de iure dotium, quia loquitur in caſu, in quo dos habebat priuilegium, vt inſinuatio non requiretur, per textū in dicta l. ultima. Et ideò optime infert Salicet. ad ſtatutū, quod diſponit inſtrumentum debere inſinuari, ut non compręhendatur cauſa dotis in eo caſu ſpecialiter priuilegiata.

*Dotis fauor.*

## Iura emphiteotica, Glo. XII.

QVID hæc noſtra conſuetudo appllet *cenſualia iura feudalia* vulgo notum eſt ex interpretatione noſtræ conſuetudinis in aliis locis, & aliquid dicemus in gloſſa ſequenti. Quid autem intelligat per hoc verbum, *ſeigneuriaux*, nondum ſatis mihi compertum eſt, niſi intelligamus de iure emphytentico, & vt ſic intelligamus multa ſuadent. Primum enim, hoc nomen rei conuenit. Dominos enim (quos lingua noſtra vulgari *ſeigneurs* appellamus) eos etiam dicimus, qui in emphyteuſim conceſſerunt, reſpectu (ut ita loquar) illorum qui acceperunt, ut patet ex l. i. ii. & 3. C. de iure emphyteutico. Deinde quia etiam iura emphyteutica de iure communi non præſcribuntur ſpatio decem uel uiginti annorum, de quo loquitur hæc noſtra conſuetudo, ſed nec longiſſimo tempore, per textum in l. cum notiſſimi. §. ultimo. C. de præſcriptio. triginta, uel quadraginta annorum, quem text. ad penſionem emphyteuticam trahit gloſſ. in l. comperit. eodem titu. de qua re alibi diximus ſuprà. Ideo ita intelligendo noſtram conſuetudinem, eam reducemus ad ius commune, etiam ſine impropriatione uerborum: quod utique faciendum eſſet. etiam ſi uerba eſſent impropriãda, per textum expreſſum, quem notant omnes doctores

*Domini dicuntur qui in emphyteuſim conceſſerunt.*

*Emphyteutica iura nō præſcribuntur ſpatio decem uel uiginti annorum, nec longiſſimo tempore.*

*Conſuetudo reducenda ad ius commune.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

doctores in capit. cum dilectus. de conſuetudine, cum ſimilibus, quæ alibi adduximus. Sed & aliàs non extendenda tamen extẽdimus ut ad ius antiquum & cõmune reducamus, ut uoluit gloſſa reputat ſingul. in cap. ſtatutum. in uerbo, numerandum, de præbend. libro vi. & Anto. in cap. olim. de uerborum ſign. & Alex. qui hoc multum commendat in l. ſi conſtante, in prin. colum. 5. in fi. D ſoluto matrimo. & Iaſon in authent. quas actiones. colum. 6. uerſicu. & pro ea diſputando, C. de ſacroſanct. eccleſ. Item ſi non ita intelligamus, erit hoc uerbum *ſeigneuriaux*, ſuperuacuum, neque enim aliud poterit ſignificare, quod non intelligatur in uerbis ſequentibus, *cenſualia et feudalia*. Nulla enim ſunt alia iura, quæ *ſeigneuriaux* poſſumus appellare, præter ea quæ uocantur *cenſualia et feudalia*, niſi iura empithyteutica intelligamus. Ideo ita debemus intelligere, ne fruſtra hoc uerbum ſit poſitum, per l. ait prætor. la i. & ibi Paulus Caſtrenſ. Alexand. & alii recentiores, D. de iureiurando. & l. poſtliminum. §. ultimo, ibi, alias ſuperflua, D. de capt. & poſt limi. reuerſ. Denique, quia cum huiuſmodi iura emphyteutica ſint in iſto caſu ſpecialiter priuilegiata, ut non præſcribantur longo tempore, vt diximus, certe etiam ſi non exciperentur expreſſe, deberẽt tamen cenſeri nõ comprehenſa ſub hac generali conſtitutione, per ea quæ late diximus in glo. præcedenti. Et alias etiam uidemus, quòd huiuſmodi iura emphyteutica non adimittuntur, vbi etiam alia admittuntur, ut planũ ex eo quod not. ſcribit Ioannes Fab. in l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pigno. quòd licet aliæ præſtatione amittantur per ſubhaſtationem, ſi creditores non ſe oppoſuerint infra tempus ſtatutum, per textum ibi, tamen hæc iura nõ amittũtur, etiã ſi nulla interceſſio ſiue oppoſitio interuenerit, per textum in l. qui tabernas. D. de contrahenda emp. de qua re alibi dicemus. Sed hæc ſane res dependet ex eo quod quæri ſolet, quanto tempore præſcribitur penſio emphyteutica, de quo Iaſon in l. ii. col. xlvi. q. xxviii. & iterum col. lxxxi. verſicu. primò. C. de iure amphyteu. Primum

*Verbum ſeigneuriaux, de quibus accipiendum.*

*Iura emphyteutica priuilegiata.*

*Creditores non opponentes ſe quando res ſubhaſtatur præſtationes annuas amittunt.*

*Penſio emphyteutica quanto tempore præſcribatur.*

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

Primum allegat Spec. titu. de loca. §. nunc aliqua, verſic. 44. & Barto. in l. ius emphyteuticum, & in l. iubemus. C. de fund. patrimo. lib. 11. et in l. comperit, C. de præſcript. triginta vel quadraginta *annorum*, quod dicit Iaſon in il lo priori loco, indubitanter procedere, quantum ad pen ſiones præteritas, ſed quantum ad futuras id durum eſſe. nec aliud dicit. Sed et Corne. conſi. 42. videtur prima facie, colum. penul. verſi. accedat, libro 3. dicit, qui tenetur ſoluere perpetuum cenſum, præſcribit non ſoluēdo per quadraginta annos, et adfert duo conſilia Baldi. At Franciſcus Balbus in tractatu præſcriptionum, in quarta parte quartæ partis princip. in 8. q. negat hæc procedere ita ſimpliciter. Sed ſic concludit, quia ſi emphyteuta habet malam fidem, vt quia is eſt, cui conceſſa eſt emhhyteuſis, uel eam recognouit, et tunc nullo tempore præſcribit nec ſimiliter eius hæres, cui nocet mala fides defuncti, ut ſuprà in principio diximus in uerbo, *bonne foy*. Et hoc aperte ſenſerunt Ioan. Andr. et Ant. in cap. olim cauſam, in fin. de cenſibus, cùm dicunt, quòd præſcriptio cenſus non currit cum mala fide. Si uero res emphyteutica per uenit ad extraneum, tunc is præſcribit dominium directum ſaltem in effectu, et reſpectu priuati ſpatio decem, uel uiginti annorum cum titulo et bona fide. Sed ſine titulo, ſpatio triginta annorum cum bona fide, per l. ſiquis emptionis §. 1. C. de præſcriptio. triginta uel quadraginta annorum, cum mala autem fide nullo tempore præſcribit, hæc ille, ideo cogita.

*Caſus perpetuus præſcribitur quadraginta annis.*

*Emphyteuta malæ fidei non præſcribit, nec eius hæres.*

*Emphyteutica res ab extraneo præſcribitur longo tempore, modo concurrat titulus cum bona fide.*

## Cenſualia, Gloſſa XIII.

QVID hic noſtra conſuetudo *cenſiues* appellat, poſſumus intelligere ex multis præcedentibus gloſſis, præſertim uero ex gloſſa ſeptima. Cenſum enim paſſim uocat noſtra conſuetudo, cum dominus feudi (ita illum uocamus, qui ſicuti uulgo loquimur, tenet per hommagium, aut alias ſub hommagio nobiliter) concedit aliquid ex ſuo dominio (barbarè loqui uolumus, ut omnes intelligant)

*Cenſus quid.*

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

telligant) ea lege tenendum, vt is, cui cõceditur, quotan nis ſoluat aliquã penſionem, quã cenſum dicimus, citra tamen hommagiũ. Quod ſi cum hommagio, iã non cenſus vocabitur, ſed vel ſeruitium annuũ, vel aliter, vt libitum erit: idq; ius feudale, de quo & hæc noſtra cõſuetu do loquitur, appellatur. Sed in iure qualiter cenſus aſſu matur, quidve differat à penſione emphyteutica, & aliis ſimilib. vide per gl. & Panor. in c. conſtitutus, de religio ſis domib. & Bal. in titulo de pace Cõſtan. in verbo, per ſoluere, Bar. in l. j. §. j. de public & vectigal. Fely. in c. ad audientiam, col. 3. verſi. & dum remittis, de præſcriptio nibus. vbi videbis multas remiſſiones, & etiam late Iaſon in rubri. C. de iure emphyteut. & Matth. Afflict. in tracta. de iure Protomixeos, col. 16. verſi. ſeptimo not. *Feudale ius quid.*

## Feudalia, Gloſſ. XIIII.

NON erat opus hoc exprimere: nam noua conſtitutio, quantumuis generalis, non uidetur comprehendere caſum feudalem, vt voluit Signo. conſil. 220. quidam dictus Iauellus, in primo dubio, quem ſequitur Philipp. Dec. in l. vlti. col. 4. verſic. ſimiliter ad illud. C. vnde legi. Et facit, vt ipſe ait, tex. in c. j. §. ſi generali, titu. ſi de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. & not. in c. j in princip. titu. de capi. qui cur. vend. *Noua conſtitutio etiam generalis non comprehẽdit caſum feudalem.*

## §. II.

## Nec creditur ei etiam ſi ſuo iuramento fidem fecerit, Gloſſ. unica.

QVANVIS defunctus ſidem feciſſet ſuo iuramento, non tamen hæres debet de facto ipſius defuncti iurare, cum certo neſciat quid defunctus egerit. l. qui in alterius. D. de reg iur. & in c. cum quis. eo. tit. lib. 6. nec debeat quis de facto alieno iurare. l. Marcellus. D. rerum amot. Ideo dicit Bar. in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. quod iuramentum neceſſarium, quòd defertur à iudice in ſup- *Iurare de facto alieno tenetur nemo.*



UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

*Iuramentũ neceſſarium non defertur hæredi.*
in ſupplementum probationis non defertur hæredi, qui communiter præſumitur ignorare iura eius cui ſucceſſit, per d.l.qui in alterius. Sequitur & dicit not. Iaſon in repetitio.l.admonẽdi.col.111.verſi. ſecũdus caſus clarus eſt. D.eo. Et alibi idẽ Bal. videlicet in l.ait prætor. in prin. D.de iureiu. quòd ſtatutũ de ſtãdo iuramẽto damnũ paſſi, nõ intelligitur de hærede ipſius. Nec ſimiliter promiſſio de ſtando iuramento alterius. Et primũ dictũ ſequitur Alex.in l.qui bona.§.qui dãni.D.de damno infec. Secundũ autẽ Rom.& ipſe Alex.in l.pe.§.hoc iudiciũ.D.ne quis eũ, qui in ius vocat. Et ſimile eſt quod dicit Guglıel. Cun.in l.debitoris.in fi. D.de iudic. ꝙ ſi in inſtrumẽto eſt appoſitũ pactũ ſolitum ſæpe apponi, quod de dãnis & intereſſe ſtabitur iuramẽto damnũ paſſi, ſed nõ propterea ſtabitur iuramento hæredis, quod etiã refert & ſequitur Roma. in d.§. hoc autẽ iudiciũ, & idem Rom. in l.iuſiurandũ quod ex conuẽtione, in prin. D.de iureiu. Sed generalius idẽ Bal. in l.2. D.de condic.indeb.

*Hæres præſumitur ignorare iura eius cui ſucceſſit.*

*Iuramẽtũ quod et quãdo ad hæredem non porrigatur.*

*Iurandi facultas non tranſit ad hæredes, nec cedi poteſt.*
dicit quòd facultas aut ius iurandi nõ trãſit ad hæredes. & idem dicit conſi.314.vtrum dictus cõtractus, in quarto dubio, lib.5.vbi etiã ſubdit, quòd cedi non põt. & ferme vbiq; allegat Bal.l.generaliter, in prin. C.de iureiur. vbi iuramentũ alicui à parte delatũ non tranſit ad hæredem, cum multũ diſcrepet iuramentum hæredis à iuramento defuncti. Et facit etiã c.veritatis, de iureiur. vbi

*Iuramẽtum ex parte iurantis perſonale.*
iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, nec illius perſonam egreditur, de quo latiſsime diximus ſupra.

Quanquã ſunt qui contra ſuadent iurãdi ius & facultatẽ trãſire ad hæredes. Primo tex.in c.j. ſi quis ſe & §. ſeq. qui eſt vlt.tit. ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis oria. vbi vaſallus iurat ſe vel patrẽ ſuum fuiſſe inueſtitũ, & ita de facto patris, & ibi gl.in verbo, præſtandę, reddit duas rationes. Nã perſona patris & filiis vna eademq; eſſe intelligitur.l. vlt. C.de impub.& aliis ſubſt.& §.ei qui tuo. Inſtit. de inuti. ſtipu. Et vnũ eſt ſacramentũ defuncti, & hæredis, in auth.de iureiu.à morien. præſt.in prin.& ibi quoq; Bal. hoc ex expẽdit, dicitq; eam gl. eſſe notandã.

*Perſona patris et filij una intelligitur.*

*Sacramentũ defuncti et hæredis unum.*

Sed

Sed & idem Bal.in §.j. eiuſdem titu.in princip.in verbo, ſucceſſorib.dicit per tex.ibi quẽ ad hoc quoq; dicit notanter,quòd ius probãdi per ſacramentũ tranſit ad ſucceſſorẽ.Quib.adde gl. in d.l.pen.§.vlti. qui incipit, hoc iudiciũ. D.ne quis eũ,quæ voluit quòd facultas iurandi in litem contra eum qui vi exemit in ius vocatũ, tranſit ad hærede,& illam gloſ.nota.ſequuntur Bald. Ang.Paulus Caſtrenſ. Alex.& Iaſon ibi,qui magna ex parte hoc quoque trahunt ad iuramentum, quod defertur contra doloſum,vt contra tutorẽ,qui non confecit inuentariũ, & ſimiles,vt ſcilicet tranſeat ad hæredes minoris, quanuis nõ tranſeat animaduerſio cõtra hæredes doloſi,per l.vlti.C.de in litem iuran.& voluit Bart.in l.in actionib. col.vlti. & ibi recẽtiores. D.de in litẽ iuran.Sed & hoc trahunt Paul. caſtrenſ. Alex. & Iaſon in d.§. hoc iudicium, ad iuramentum quod defertur in caſu l.ſi quãdo. C.vnde vi.& cap.vltimo,quod metus cauſa, vt ſimiliter tranſeat ad hæredes: quod etiã voluit Barb aut quiſquis is fuit,in additio. Bal.in d.§.titu.ſi de inueſtit. inter dominum & vaſallum lis oriatur, & Iaſon in dicta l.ſi quã do,colum.penultima.Quib. concinit quod voluit Bart. poſt Iacob.Areti.in l.gerit,colum.5.verſi.quidam ſunt, in quibus non eſt hæc præſumptio. D.de acquirenda hęreditate,quod cum dubitatur,an quod quis fecit,id fecerit animo adeundi hæreditatẽ,ſtandũ eſt in indifferentibus interrogationi illius qui fecit cũ iuramento, ſi viuit, alias interrogationi hæredis ipſius,& ſequitur Alexand. conſilio 126.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ioannẽ, columna 2.libro 7. Et hæc maxime procedunt,cum iuramentũ defertur à lege vel ſtatuto,quia tunc hæres poteſt iurare de facto defuncti,vt dicit Alexand.in d.l.penulti.§.vltimo.D.ne quis eũ, & ita quoque dicit tenere Guliel.Cune.& Roma.in d.l. qui bona.§.qui decem.D. de damno infecto.Et hæc non modicũ confirmat,quod ſcribit Innocen. & poſt eum Ioan. And.in c. vltimo.de iuramento colum.quòd quis poteſt iurare etiã de veritate,non ſolũ de his quæ fecit,aut vidit,ſed & de his quę

*iuramẽtũ quale et quãdo trãſmiſsibile.*

*interrogationi quãdo ſtandũ.*

*Hæres quando poſsit iurare de facto defuncti.*



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

aliàs indubitanter nouit. Nam & uidemus (inquiunt) id dici indubitatum, quod cōmuni auditu percipitur ab antiquis. l. in ſumma. §. idē Labeo. D. de àqua pluuia arcenda. Quorū authoritate ſubnixus Paulus Caſtrenſ. conſilio cclxxix. viſa petitione. col. vltima. libr. ii. dicit ſtari iuramento poſſeſſoris feudi, utrum ſit feudum nouum, an antiquum, etiā ſi non ſit de facto illius, quia id poteſt ſcire per relationem maiorum ſuorum, per textum, quem etiā allegat, in l. ſi quis. ita. § ſi quis. D. de teſtamēt. tute. qui tamen ad hoc nihil mihi facere uidetur. Sed optimè facit tex. in c. omnibus, in princi. ii. quæſt. v. in illis uerbis, auditu nō eſſe, nō dubitamus, ubi. gloſ. infert, aliquid poſſe ſciri auditu, & in c. beati. ii. quæſtio. vii. ubi diuus Ambroſius, Videmus (inquit) Paulū & Petrū ad martyrii gloriam perueniſſe. Et tamen id nō viderat Ambroſius, ſed id ueluti indubitanter ſe ſcire opinabatur ex antiquarum ſcripturarū renūtiatione. & in c. hoc uidetur, & ibi, bona gloſ. in uerbo, iudicauit, xxii. quæſt. v. & alia gloſ. in c. teſtes. in uerbis, quæ nouerūt, xiii. quæſtio. ix. Quid quod Bal. conſi. xiiii. in quodam cōtractu, in ſecundo dubio. lib. i. conſuluit, quòd ſi in cōtractu uenditionis dicatur, quòd de certa re futura credatur emptori, & emptor alteri cedat, tam bene credetur huic ſingulari ſucceſſori, quàm primo emptori, cū illud nō uideatur cōceſſū ratione perſonę, ſed contractus, unde ſufficit, ſi perſona ſit æquè indonea, quod in dubio præſumitur. l. ſi actor malit. D de procurato. Quæ Bal. deciſio huc admodum pertinet, quia ſi ex contractu alicui de re aliqua credi debet, intelligitur iuramento interueniente, ut latiſſime probauimus in §. præcedenti. Et ideò ex ſententia Baldi hoc ius credendi, & ita iurandi, tranſit non ſolū in hæredem uniuerſalem, ſed & ſingularem.

*Iuramento cuius ſtetur ſuper feudo nouo, an tiquo ne.*

*Auditu probare quid poſſe.*

*Iuramento ſingularis ſucceſſoris quando ſtetur.*

*Iurandi ius trāſit in hæredem uniuerſalem, et ſingularem.*

Vides igitur hanc rem eſſe admodum dubiam. Tamen ad ſedandam harum rerum controuerſiam, Roma. ſæpe ita diſtinxit, an uidelicet facultas iurādi deferatur à lege, vel ab eius miniſtro, id eſt iudice, uel legis authoritate, & hoc caſu trāſeat ita facultas ad hæredē. quoniā lex ſemper

*Lex ſemper loquitur.*

ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hæret. & ita æque nunc reſpicit perſonam hæredis, ac olim defuncti reſpiciebat. & ita procedit gloſ. in d. l. penul. §. hoc autẽ iudicium, an uero huiuſmodi iuramẽtũ deferatur ab homine, & ſic ex uolũtate partiũ, & tunc nõ trãſit ad hæredẽ, per dictã l. generaliter. Nam alia eſt conſcientia defuncti, de qua confiſus eſt is, qui iuramentum detulit, alia hęredis, quã is non approbauit, argumen. l. cuius bonis. D. de cura furio. Ita uoluit Romanus in dicto §. hoc autẽ iudicium. & in dicta l. qui bona. §. qui damni. D. de damno infecto. & in l. iii. §. ultimo. D de iureiurando. & in dicta l. iuſiurãdũ quod ex cõuẽtione. in fine princip. D. eodem. & plenius cõſi. ccxc. in caſu propoſitæ cõſultationis breuiter, col ii. uerſicu. preterea tunc quæritur. & ſequitur latè Iaſon in dicto §. hoc autẽ iudiciũ. col. ultima. & in dicta l. ſi quando. col. penultima. uerſic. quæro ſucceſſiue, C. unde ui. Ex quibus uidetur nõ recte dixiſſe Bald. in dicta l. iii. §. ait prætor. de iureiurãdo. quòd ſtatutũ de ſtando iuramento damnum paſſi nõ intelligitur de hærede, cum à lege vel ſtatuto deferatur huiuſmodi iuramẽtum, & ita eũ hac ſpecie nuncupatim reprehendit Romanus ibi, & Iaſon in dicto §. hoc autem iudiciũ. Nec ſimiliter recte dixiſſe uidetur Bald. dicto conſil. xciii. allegatus in fine præcedentis uerſiculi, dum innuit facultatem iurãdi ex contractu tranſire in ſingularem ſucceſſorem.

*Iuramentum legis, hominis non item, tranſmiſſibile.*

*Iuramentum damni intranſmiſſibile.*

Id tamen quod diximus, iuramentum à lege delatum tranſire ad hæredẽ, intellige modò hæres ſit bene informatus de rei ueritate, ut cum noſtris loquar, ut expreſſe uoluit Baldus in dicto §. i. titu. ſi de inueſtitu. inter dominum & uaſallum lis oriatur. dum ita intelligit illũ textũ, ex quo notauerat, ius probandi per ſacramentũ tranſire ad ſucceſſorem, ut ſupra diximus, ut uidelicet procedat, ſi hæres iurare poſſit, quia ſit informatus de ueritate, ſequitur & trahit ad omnes caſus, in quibus iuramẽtũ trãſit ad ſucceſſorẽ. Iaſ. in dicto §. hoc autẽ iudiciũ. & in dicta l. ſi quando col. penultima. uerſicu. limita tamen. C. unde ui. ubi hoc reputat ſingula. & Catel. in ſuo ſingula.

*Quando iuramentum à lege delatum trãſeat ad hæredem.*

incip.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

incipiente. iurandi facultas, & Roma. dicto cõſi. ccxc. Et hoc probabile eſt, quia aliàs hæres poſſet ſubire anceps periurium quod ne fiat iudex proſpicere debet, l. videamus. poſt princip. D. de in litem, iuran. cum ſimilibus.

*Periurio occurrat iudex.*

*Declarandi ius an et quando tranſeat ad hæredem.*

An autem & quando facultas declarandi tranſeat ad hæredem, uide gloſſam & doctores in l. item Pomponius ſcribit, ſi frumentum. §. ultimo. in gloſſa prima. D. de rei uendicatio. Barto. Bald. Angel. & alii in l. ſi quis intentione ambigua. D. de iudic. late idem Barto. & alii recentiores in l. inter ſtipulantem. §. i. D. de uerborum obligationib. Barto. Bald. & alii in l. ſi quis à filio. §. ſi plures. D. de legatis primo. Baldus & Imol. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. D. de legatis ſecundo.

*Eligendi ius an tranſeat ad ſucceſſores.*

Item an ius eligendi etiam tranſeat ad ſucceſſores, uide per Barto. & alios in l. ſi ſtipulatus. D. de uerborum obligatio. & in l. ſi ſic. D. de legat. i. & Bald. dicto conſil. xciiii. incipiente, in quodam contractu. lib. i.

*Arbitrandi ius, an tranſmiſſibile.*

Denique quid de iure & poteſtate arbitrãdi, uide Cy. & Bald. in l. ultima. C. de cõtrahen. ſtipula. eundem Bal. in l. vltima. §. i. colum. iii. C. commu. de leg. & in l. uoluntatis. C. de fideicommiſſ. & in l. vlti. in xxv. quæſtio. C. de hæred. inſtituend. Barto. in dicta l. ſi ſtipulatus. & in l. à filio. in principio. D. de alimen. lega.

FINIS.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID